testes. r q̄ sufficiat per famā dic per Bar. in. l. f. s. si dubitetur. ff.
quēadmodum testa. ape. r per Bar. in. l. quidam. s. solu. matrim.
C. Secundo inferuntur q̄ ad probandum res naufragio vt alio ca
su deperditas probetur per verisimilia r probatōes domesticas
r indicia vbi vera probatio baberi non potest: r dī probare debitor ca
sum enenisse: r creditor debet probare casum enenisse culpa debi
toris: hoc in casib⁹ fortuitis: q̄ regulariter enenisse sine culpa. ve
vis hostiū: impetus aquarū: naufragii r similia. C. Sed in bis q̄
regulariter nō enenisse vt furtum incēdiū in fuga eorum q̄ debent
custodiri. r debitor vtrūq̄ probare. s. casum enenisse r sine cul
pa sua enenisse. r de hoc r qādō sufficiat pbare casum per testes
r quando p̄ iuramentū dic per Bar. in. l. si quis ex argenteris. h.
f. ff. de eden. r per Ly. r Saly. in. l. si creditor. s. de pigno. ac. proba
tar etiā rem mobilem esse deperditā coipso q̄ facta diligenter inq
uestione nō reperitur. l. iſ. h. neru filius. ff. de acqui. pos. r per bar.
4 in. d. h. f. C. Quinto no. in f. l. q̄ flegitimiū r cōgruum tēpus nau
gandi est a calēdis aprilis vſq̄ ad calendaris octobris. vt hic r no.
cōtrarium tempus in. l. qui petitorio. ff. de rei ven. alib⁹ nauigando
alio tēpore nauta videret in culpa r sic teneretur. f. eo. l. vltima. qā
periculosa res est hyemalis nauigatio. l. ciuitas Rhodiorum. s. de
offi. recto. prouin. quandoq̄ tamē ne publicarum specierum trās

ductio retardetur non potest quis se excusare pretertu exsistens
vel proxime future hyemis dum prospero fuerit ventus. vt. s. de
nauicu. l. indices. In bniulmodi tamen tempore nauigandi sta
tur consuetudini regionis. vt hic dicit Barto. C. Et nota hic con
sulta glo. fina. quod large sumendo annum quantum ad tēpus
nauigabile annus diuiditur solum in duas partes. scilicet hyemē
duraturam per sex menses inchoandos in calendis octobris et
finiendos in calendis apūlis. r estatam duraturam alib⁹ sex se
quentibus mensibus. Sed stricte propriè sumendo dividitur
in quatuor partes. scilicet in hyemē: vel estatam: r autumnum.
hyemē incipit in medio novembri r durat tribus mensibus. Et
sic successiue durant alie partes. et in pere r autumno sunt equi
noctia. id est: equalitates dierum r noctium: de quibus vide bas
duas glossas. scilicet in l. s. f. etas. ff. ne quid in flumi. publi. r. l. j.
h. estatam. ff. de aqua quoti. r esti. C. In textu ibi necu. id est necel
litate testimonij ferendi ad quod compelluntur testes. l. si quando
s. de testibus. ibi abunde. id est sufficiens. Ibi: solers inquistor
id est: sollicitus indagator vel iudex. Ibi: immogetur. scilicet vocan
do eos r inquirendo ab eis. Ibi: defuerint ut quia fuerint mortui.
Ibi obuerit. id est: coruū fecerit. Ibi: iudicaria. id est: coram indi
ce nauticariorum scilicet aliquis qui eualeat sc̄m glos. sed cuī di
cat textus vñiversos obruptos. ideo Bar. intelligit q̄ erat nauicu
larius. id est de ceto nauticariorum non tamen de illa nauis. sed
de collegio qui volebat probare p̄o sua r aliorum nauticariorum
defensione naufragium: r amissionem rerū que erant resignande
prefecto. vt dixi. s. l. proxima. Pro qua resignatione tenetur totu
collegium nauticariorum non tamen de illa nauis sed de collegio
qui volebat probare vt. s. l. C. Et allegatur hic casus specialis
r singularis per aliquos dum dicit q̄ uno nauticario agente a
lii magistri r naute examinantis r testificantur q̄ quis potest esse
testis in re propria de qua spectat ad eum commodum vel incom
modum contra. l. omnibus. s. de testibus. quod intellige in subsi
diūm vt vñ. s. in tertio notabilis. Ibi susceptionis. l. specierum
publicarum solutarum nomine tributorum r Romam ferenda
rum. Dynas.

5 Senatores non excusantur a muneribus realibus. scilicet a per
sonalibus sic.

Rohis. C. Casus gestoris vel procuratoris nō
imputatur soluēti. hoc dicit. Si enim
provinciales collatores vel quicunq̄ alii debitores fisc
les etiam si essent senatores soluerunt tributa vel alia de
bita fiscalia que post solutionem naufragio sunt perempta nullū
periculum ad eos qui soluerunt ex tali periculo redundabit: sed
ipse nanta tenetur si fuit in culpa. s. l. f. s. Et not. hic casum pro bis
qui soluerunt collectas alicui officiali qui postea aufugit cum pes
cunis quod eis non imputatur. C. Et ex eo quod dicit hic de sena
toribus not. etiam q̄ senatores non excusantur a muneribus rea
libus. scilicet a personalibus sic. vt hic in glo. nam senator efficitur ci
uis r municipi vñbis romane: in qua senatoriam dignitatem ad
eptus. s. l. penul. s. de incolis. vt ibi dixi: sed in propria p̄fia retinet
originem r domicilium quo ad honores r dignitates: r Q̄um ad
munera realia non personalia vt hic. r in. l. municeps. ff. ad in. de
quo dicam. s. de digni. l. senator. C. In ter. ibi nobis alias vñbis. r
tunc loquitur imperator procuratoribus vel exactoribus fisci volē
tibus vexare r compellere debitores ad soluēndū iterum ex quo
prima solutio nō deuenit in utilitatem fisci quod imperator hic re
monet. et hoc quando solenniter r legitimate fuit facta solutio al
s secus. l. f. s. de con. ff. debi.

1 Acta p̄imū iudicij tanq̄ facta super exceptione peremptoria
naufragij faciunt fidem in alio iudicio.

2 Lāne debent procedere remota omni velatione.

3 Quando quis proponit suam excusationem nec petit aliquid ab
adversario non est necessarius libellus.

E submersis. C. Cum de naufragio agi
natūr. r ex eo qd̄ in illa summaria cognitione reperi
tur potest ad inquisitionem procedi r causa naufragij
debet intra biennium terminari: alias nauticarius absolvitur r
iudex tenetur hoc dicit. C. Sunt ergo tria dicta in bac lege. Pri
mu quod causa naufragij debet lenato velo. id est summarie et s
plano examinari. C. Secundo ibi: si quis dicit quod si quis na
uticarius fuerit criminaliter accusatus r convictus intra an
num surripuisse aliquid ex naufragio: vel quod eius culpa pas
sus fuerit naufragium: vt hic in glo. in versiculo absoluto. dam
natur pena extraordinaria p̄o qualitate personarum. C. Tertio
ibi si vero. dicit q̄ si causa huīs naufragij non fuerit intra dictū
biennii terminata per iudicem interpellatum r requisitus: et sic
fuerit elapsum tempus propter quod nauticarius conuentus
fuit ab observatione iudicij absolvitus iudex punitur in refar
tione medietatis damni actoris. et in alia medietate resarcien
da puniuntur alii officiales qui debent esse attenti et solliciti q̄

Joannes de Blatea super Undecimo libro. E.

Iudex illam cām intra biennium terminet: que etiam tpe feriato agitari pōt.l.soleat.ss.de feris. **C**Si ergo agitē hic criminaliter de naufragio z hoc casu d̄z cā biennio terminari sicut alie cause crimi nales. s. vt ita cer. tem. crimina. questio terminetur. l.f.i. hoc vult glo. hic parua ver. cause. z glo. in ver. bienniū. Si autē ageretur cīni liter ad quadruplū vel ageretur ad simplū via extraordinaria p officium indicis: tūc debet cā inchoari intra annum. l.si quis. s. eo. z terminari triennio. bñ. l.properandum. s.de iudi. bñ. Salv. in aue. nauigia. s.de fur. vt diri. in. d. l.si quis. Bar. autē hoc aliter intelligit videlz q nauicularius ad sui defensionē volerat pbare naufragiū z petebat ss absolui ab assignatione rerum cū res per diderit naufragio z si in hac cognitione suminaria iudex reperiatur aliquem aliquid subfazisse poterit cōtra ipsum procedere per in quistionē ad petitionem nauiculari. **E**st enim iusta causa inquis rendi qñ iudici est notū de maleficio per examinationem factaz in illo iudicio suminario. y no. in. l.athletas. s. caluniator. in glo. ma gna in versi. vel ita intellige de his qui notantur infamia. z p bar. in. l. s. s. p publico. ss.de adul. l.m̄ facta primi iudicij tanq̄ facta super exceptione preemptoria naufragiū faciunt fidem in alio iudicio. vt per Barto. in. l. s. s. ex boedicto. ss. yi bo. rap. Et si iudex negligit terminare hanc petitionem nauiculari intra biennium nauicularius absoluatur a fisco: z iudex z eius officiū tenetur: vt hic dicit tex. z bñ bñ. intellexit summi. **C**Et sic habes qd̄ dūplex est intellectus in. l. ista. vnu s bñ glo. q̄ bic agatur criminalis ter cōtra nauiculari vel alii qui ree naufragio ab stylisser aliis bñ Bar. q̄ cōtra neminem agebatur sed nauicularius ad sui de fensionem p resignatione rerum ad quā est obligatus petebat te stes examinari super naufragio z se absolvi. z si in bñmō cā incide ter reperiatur aliquis aliquid surripuisse procedit cōtra eū z puniri. z idē si reperiit aliquē dedisse cām naufragio vt q̄ pescantes ostēlo lumine nates ad portū accedere credētes ad naufragiū deducat lne pescatores. ss.de incē. rui. z nau. **C**Janua ast ciuitas egregia iuxta mare posita z diuinissima copiosa q̄ preclare se bñ in nocturni lumenis cura quia non fallendo sed veraciter in tonu mētris ostēlo

**Nota de la
de ciuitat^y Ja-
nuensis.**

- 2 dendo ad latitum potius mitigatus habet. Et hoc primum
uato velo. s. in ynam expositionem glo. q. causa debet procedere
remota omni relatione. s. suspicionis collusionis vel fraudis. licet
quandoq; procedant oculo iudicis caligante. vt no. gl. in. l. inter fa-
lios. s. fami. er. Secundus alii intellectum not. Lause summarie. vt
est causa nonfragiti & alle cause summarie de quibus per gl. l. i. s.
sciendum. s. ad expi. debent per iudicem expediri leuato velo. l. i. s.
seruato per omnia ordine iudicatio. nec etiam requisitis plenimi
mis probationibus in causis breuiis & modici preiudicis. vt au-
nisi breuiores. s. de sen. ex pericu. reci. r. l. thesaurus. s. ad expi. s.
in causis magnis & magni preiudicis in quibus debet procedi sum-
marie ex dispositione turis vel statutorum verbum summarie in-
telligitur respectu ordinis solenitatis iudiciorum non autem respectu
probationum que reguntur plene sciat in alijs causis non summa-
ris. vt hic. r. c. dispeditas de iudi. in cle. r. c. sepe. de ver. fig. l. a di-
uo pio. s. si super rebus. s. de re iudi. de quo per bar. in. l. iudices.
s. de iudi. r. Bal. in. d. s. sciendum. r. plene in. d. c. sepe. r. plene in
Spe. de offi. iudi. s. postremo. r. plene per Bar. in extraua. ad repri-
mendum. in ver. summarie. Et no. q. hic est casus in quo exami-
nantur testes ante item coteftatam cum dicit leuato velo fin bar.
in. l. nec quid. s. de incen. rui. nau. **C**an autem in hac causa non
fragiti summaria requiratur libellus in scriptis. glo. in verbo in-
terpellatione concludit q. non. bene potest tamen dari libellus. vbi
hic dum dicit libelli datione. r. etiam non dari sed solu verbo inter-
pellari iudicem. q. factu intelligat & expediat. vt hic. dum in in-
terpellatione r. fin hoc bec ler. q. dicit interpellatione. id est sine li-
bello pcedi corrigitur q. tamen ad hoc per autem. offeratur. s. de litis
contest. Tu dic fin Bar. si intelligis prout glo. q. hic agebatur cri-
minaliter. r. dic q. hic est speciale q. non aufertur libellus: s. sufficit
fine libello simpliciter proponi nude factum coram iudice. sed regu-
lariter etiam de iure antiquo in criminalibus debet libellus offer-
ri. l. libellorum. s. de accusa. sed fin intellectum Bar. s. postum non
3 requiritur libellus nec est speciale nec corrigitur: q. q. quis pro-
ponit aliquam suam excusationem non petit aliquid ab aduersario
non est necessarius libellus. l. scire opz. s. oportet. s. de excu. tut. r. ibi
no. r. addit. quod alleg. gl. l. banc q. in summarie s. n. regratur libel-
lus in. l. s. dies. s. quis or. in bo. pos. seruetur. **T**Qualis tamen
petitio in actis requiritur super qua tentativa ferri valeat fin gl.
in. d. cle. sepe. By. r. An. de barulo sic dicit cum queritur an i sum-
maria cognitione requiratur libellus hic videtur innui quod non
alibi dicitur de plano vandus est libellus. l. miles. s. sexaginta. s. de
adul. alibi vero dicitur summaria cognitione generalis est actio ad
exhibitandum. d. s. sciendum. alibi q. non seruatur iudicarius ordinis
l. thesaurus. s. ad expi. **E**t inde videtur distinguendus: aut summa-
ria cognitione est incidens. vt cum dñs notarius a colono in iudicio
non coparet & actor petit se mitti in possessionem rei petit. l. i. in
s. vbi in rem actio. r. tunc non datur libellus: quia super incidentia
non habet iudex necessario pronunciare. l. i. s. de ordi. iudi. Et q.

ea que post item contestata accidunt t.c.l.ediles. s.item scienduz.
ff.de edil.edic.aut summaria cognitio est principalis vt sunt bono
rum possesio.que ne tribuunt ius de quibus no.in.l.j.ff.de bono.
pos.in quibus proceditur summarie.yt.d.s.dies.tunc si non appa-
ret contradictor.yt in bonorum possessione q datur filio emanicipa-
to gratia litis agnoscende de qua in.l.papinianus. s.j.ss. de inos-
fi.testa.ho requiritur libellus cu non sit actus trium psonarff q in
iudicio requiruntur.Linter litigates.ff.de iudi.Si autem apparet co-
tradicitor yt i carboniana bonorum possessione i qua summatim pro-
ceditur.l.iii.s.causae.ss.de car.edic.tunc reqritur libellus.l.de car.
edic.z.l.j.ss.de dic. diui adri.tol.z tangaz in.l.si coloni.j.de agri.
z censi.Sallit i.l.ista vbi apparet contradicitor non tñ offer libellus:
qo est speciale in favore nafragium passi; vel qz questio erat bre-
uis.yt dicta aut.nisi breuiiores.z.l.letitia.ss.de accu.. bice est summa-
ria cognitio a libelli oblatione z indicis cessione.yt quia fieri pos-
test iudici p tribunal nō sedente.yt dicto.s.die.aut. etiam seden-
te.z tunc non summarie.la procedente.s.de dila.z de ista summa-
ria cognitione dic plene per Bar.in extranagia.ad reprimendum in
verbo summarie et sequentibus verbis. C An autem in officio
iudicis etiam qñ iudex pedit de plano sit necessarius libellus gl-
bic in versiculo interpellatione.in si.tenet q sic in auten.offeratur
alia glo.in rub.ss.de interro.actio.tenet q non z ita tenet in..v.d.l.j.
ss.quis ordo in bono.pos.seruetur.Dic per Bar.in.l.ne quicq;.s.
vbi decretum.ss.de offi.proconsu.z lega.In texu ibi:remouendi.
s.lab ordine.Ibi proserbendi.id est ad proscriptio nis vel relega-
tionis penam dannandi.Item ibi:plenaria interpellatione.i.de
plano sine datione libelli.la procedente.s.de dila.vbi dicit plena-
ria interpellatione.Item ibi:audire.id est auditas terminare.Ite
ibi nauicularie fz.dñnum dante.Item ibi:vitium.id est negligen-
tiam.Item ibi:absoluto nauiculario.scilicet p lapsum biénii quo
nauicularius dicitur et probatur etius culpa passus nafragium
vel res surrupuisse.yt vult bec gl.in verbo soluto.C Ex qua singu-
lariter no.coiuncto tex.q vbi iudex tenetur propter neglectam vel
denegatam iustitiam q ita demuz tenetur si agens probauerit co-
uentum fuisse sibi obnorium vel per eum non steterit quin proba-
ret sed per negligentia iudicis qui interpellatus non fecit:vt.c ex
parte.de fo.compe.z per Bar.in.l.damni.s.fabini.ss.de dño isec.
z.l.titia seio.s.vsuras.ss.de leg.i.z an nauicularius per iuramen-
tum possit probare calum diri.s.co.l.j.z.

Elper naufragiorum. C^{ro}
culpa

pel negligentia huius nauiculari tenetur omnes. b.d.
¶ Et idem etiam in fabricensibus: ex culpa emi vnius
ceteri tenentur. l.iure. j.de fabri. et est ratio ut hic in glo. quia si-
cut uno sine herede mortuo totum corpus nauiculariorum succe-
dit. s.de bere. decu.l.i. ita equum est ut ex vnius culpa torum cor-
pus teneatur. et hoc est vnum de oneribus nauiculariorum pro quo
sunt res fisco obligate. ut diri super rub. s.de piedi. nau. postea ta-
men conuenietur et excutient nauicularius cuius culpa naufragium
excedit sumptibus et pericolo corporis sicut dicimus in duo
bus cōmodatariis et reis debēdi. l.vi querit. ff. commo. Culpa au-
tem naufragii occursi potest esse si non congruovel aduerso tempo-
re vel naue fragili nauigavit: ut hic in glo. al.s si sine eius culpa ac-
cidisset non tenetur de casu fortuito nauicularius neq; corpus na-
uiculariorum. Provinciales autem tributarī et debitores fisca-
les qui soluerint dictas species ipsa solutione fuerint liberati si
ne culpa nauiculari perierunt. s.el.pro bis. et not. quod quando
officialis publicus vel alius reddit rationem non debet sibi admit-
ti: nec apococha fieri ob his que eius culpa acciderunt. ut hic dicit bar.
In tex. nauiculariorum. s. omnium secundum Eln. de baru. et Du-
lum. al.s dicunt nauiculariorum. s. in naue existentium tantum: et
non aliorum qui non transuebūt illas species. et sic non obstante
regula iuris alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri. ff.
de reg. iur. nec ob. l.iure. j.de fabri. quia ibi est casus specialis qui
non est tradendus ad consequentiam. s. de legi. q; non ratione.
¶ Item ibi contingentis. s. fin qualitatē patrimonii non fin
numerum personarum. ad quod. s.de mu. patrili. l.i. et immu. ne.
coceden. l.i. s. secundis Dij. et bar. in. l. ne quid. ff. de incen. rui. naufra.
ubi dicit q; dñi ciuitatum castrorum et villarum tenentur de violē-
tis et piedis et robaris et maleficiis cōmissis in eorum territoriis.
quod est verum quando sunt scientes et prohibere volentes: quia
debent eorum territoria tenere tuta et securane transeuntes dero-
bentur. ut ibi per Bar. zc.

De metallaribz & metallis & procuratoribus eoz. **R**ubrica.
Glo. cōtinuat. qz propter pōdus trāsuectorū metalloꝝ. sepe naufragium seu naufragia contingunt ideo post tit. de naufragiis ponit de metallis & personis operantibus in eis. **S**ecundo conti-
nuat glo. quam secundam continuationem dic clarioriem secundū
Odo. s. dixit de diuersis generibus specierū qz naufragiis quandoqz
naufragariis

nausfragantibus deferuntur nunc de singulis officiis quibus disse species inferuntur subiungit. sed quia inter ceteras species metallum pretiosius inuenitur: ideo de his dicit ac etiam de personis metallum colligentibus. De metallariis: sine quibus metallum haberi non potest. ac etiam de procuratoribus constituentis ad colligendam & exigendam collectam de quibus procuratoribus habetur. s. e. cum procuratores. Et no. quod nomen metalli est generale pro aurro & argento: ferro: plumbu: stanno: & similibus.

Metallarii qui dicantur.

Qui vult esse metallarius debet soluere pro introitu matricule octo scrupulos.



Erpena. Pro evidenter totius ei. pmitte km Bart. clarissim dicat hic gl. in ver. octonos & metallarii dicuntur qui fodunt metallum: pro introitu officii debet soluere fisco octo scrupulos illius metalli. s. tertiam partem vncie ad quod fodendum accedit. vt hic & de eo quod fodit metallarius id dare quolibet anno vnam libram fisco que libra sit nouem vnciarum. vt. s. l. prox. Si autem fodit a ruinis ioluer fisco annuatim solum scrupulos. viii. s. l. per annos et ultra hoc de toto eo quod percipit facta purificatione metalli id dare fisco duas decimas: id est de decem partibus duas presi fodi in publico. Si autem in priuato una decima soluit fisco alia prouato: & residuum sibi retinet. s. l. iiii. Et sic sunt tria tpa solutionis. s. pro introitu: & pro fossura: etiam pro purificatio. Et hoc premisso hec. l. b. d. Quis vult esse metallarius debet soluere pro introitu matricule octo scrupulos. i. tertiam partem vnius vncie ilius metalli quod fodere intendit & metallum quod vult vendere debet vendere fisco pro competenti pretio. b. d. Licitum est ergo cuiuslibet fodere metalli & intrare matriculam metallarioriorum: dummodo soluat que hic dicuntur. s. pro introitu octonos. i. octo scrupulos. i. ter tiam partem vnius vncie in baluta. i. in utilitatem publicam. que publica utilitas in grecis criauis appellatur. & sic not. quod scrupulos est in baluta. i. in vase incido. vt sunt capse cardinalium. vt dicit glo. Est enim scrupulus quarta pars vncie: & tertia pars vnius drachme: & drachma est. viii. pars vnius vncie. Et sic octo scrupuli sunt tertia pars vnius vncie: & drachma est octana pars vnius vncie. & sic colligendo tres scrupuli constitutus drachmam: & octo drachme constitutus vnciam. vt hic in gl. s. m. opinione. Azo. de qua dic per eum in summa. Sed Pla. in. l. j. intellectu scrupulum talis ponderis & octo faciunt. viii. vncias. Roge. dicit aliter. s. l. o. l. per annos. bugu. antez oicit quod scrupulus est pondus sex siliquarum. id est vnius vncie & medie nam siliqua est quarta pars vnius vncie de. qd siliqua tex. facit mentionem in. l. liberto. s. filium. s. s. de annuis lega. & glo. in aut. sed bodie. s. de epis. & cleri. tenet op. Azo. km Bar. hic quia in dubio accipitur pro minori pondere. & sic in dubio contra fiscum. vt. l. non puto. s. de iure fisci. Item no. hic ex. s. qd licet alia regulariter quis non cogatur vendere vel emere. l. l. d. u. d. de contrahab. emptio. & l. nec emere. s. de iure delibe. tamen hoc casu colonus seu operarius fiscalis debet prius vendere domino suo & alteri iusto ramen prelio. vt hic. fodientes ergo venas ferris in insula elle pisane iuxta plumbum tenentur prius vendere domino insule & alteri per hunc text. z. l. vni. s. non li. habita. metro. & ibi dicam. C In ter. ibi: perpenfa. i. prouida & pensata deliberatione. Item ibi: exercitium metallorum. scilicet fodendorum. id est yellet effici metallarius. Itē ibi: laudabilitas tua. loquitur Cretatio comiti metallorum. vt in glo. Item ibi octonos scrupulos. i. tertiam partem vnius vncie de qualibet libra secundum Dyn. Item secundum. id est publica utilitas. Item ibi criauis. id est utilitas. ibi exoluere. scilicet in eo genere metelli in quo versatur ibi colligete potuerunt scilicet vltra tertiam partem vncie in publicam utilitatem conuertendam pro qualibet libra.

Metallarius annuatim debet soluere vnam libram metalli que sit. viii. vnciarum.

Bmetallicum. Metallarius id libram metalli que sit. viii. vnciarum. b. d. Et hoc de metallo quod fodit vt dicit. s. l. prox. de scrupulo autem & baluta dic vt dixi. s. l. prox. Et nota hic libram declarari esse debere. viii. vnciarum quantum ad banc solutionem metallicam vel quia se erat confuetudo hic quod libra esset. viii. vnciarum. potest enim libra esse maior & minor km confuetudinem ciuitatum cui standam est in istis mensuris & ponderibus vt hic. z. l. imperatores. s. s. de contrahab. emptio. In dubio autem libra intelligitur de duodecim vnciis. vt hic in glo. z. l. gaus. s. s. de annuis lega. in glo. in verbo milia. & probatur in. l. seruum meum. s. s. s. de heredi. in s. l. institu. de here. insti. s. hereditas. et ideo ad tollendam istam dubitationem debent esse in ciuitatibus mensure & pondera publica ordinata ad que habeatur recursus. vt. l. modios et ibi dixi. s. de suscep. & arca. In textu. ibi ob metallicum canonem. i. prestationem faciendam de metallo. Item ibi in quo. i. in cuius presta-

tione. Item ibi: balance. i. publice utilitates. Item ibi: pro singulari libris. i. loco singularium librarum publice utilitatibus soluendarum. C In glo. ibi vnde appetat scrupulum tantum sextuncia fore maiorem quantum sextante est minor. Hec glo. Pla. est difficilis ad intelligendus: sed pro eius intellectu scias quod sextuncia importat unam & mediem & sextas importat duas vncias: vt exponitur in d. S. hereditas. ideo voluit dicere Pla. ex quo octo scrupuli de quibus. s. l. prox. sum tantum quantum. viii. vncie. de quibus hic dicit. ergo quod bet scrupulus est durarum vnciarum minus vna quartaria vncie. quod sic declarat scrupulus est tantum maior sextuncia. id est vncia cum dimidiatum quantum est minor sextante quia scrupulus est maior sextuncia in vna quarta & minor sextante in alia quarta. et sic scrupulus est vncie due minus quarta et octo scrupuli sunt tantum quantum. viii. vncie. et hoc secundus Pla. sed secundum glo. scrupulus est valde minor ut vidisti. s. l. proxima. Rogerius tamen. s. l. per annos. in valore scrupuli cum Pla. cōcordat et cetera.

Ex thesauro nibus debetur fisco nisi innentatur in solo publico. Metallarius dicuntur qui laboriosis artibus: non tamen publicis metallorum venas inquirunt.

Cuncti. to debet decimam dno loci et fisco rest. duo sibi retenet. b. d. Si autem fodiat in loco publico duas dabit decimas. i. duas partes de decem dabit fisco. & si fodiat in suo solam decimam dabit fisco. vt in glo. s. l. e. iste decime que hic soluuntur sunt post possessionem ex purificationem metalli. vt dixi. s. l. j. nam metallum primo queritur: deinde foditur. C E tertio plures effundendo purificatur. vt in lucida materiaz deducatur. vt dicit hic glo. Dodo. aut dicit hic & superiores. l. lo quantur qui quis fodit in publico. hic autem qui in priuato. C En. not. hic & licet quis non possit data opera querere thesaurum in alieno etiam cui consensu dñi. l. vni. s. de thesauris. th. metallarii de publico deputati possunt in alieno ingredi et metalla querere etiam data opera. vt hic etiam in iusto domino. l. col. l. quosdam. i. ibidem & est ratio diversitatis km glo. hic quia thesaurus casu: sed metalla laboribus magno peraguntur agone. Sed melior est ratio km glo. de baru. qz est thesauro nibil debetur fisco nisi innentatur in solo publico: sed in metallo debetur decima fisco in quoque loco innentatur. vt hic & sic est in fano & publice utilitatibus. similiter potest quis de confessu dñi in alieno lapidicinas marmoreas cretis dinas aurifodinas: argentofodinas: & ceterorum metallorum materias querere. l. diuotio. s. si in fundo. s. sol. matri. & dixi in dicta l. vnicia. s. de te. Et not. etiam hic secundum Barto. qd ex lapidibz qui foduntur in locis priuatorum sicut debet habere decimam sicut in metallis. vt hic patet. C In ter. ibi saxonum venam. i. venas metallorum inter loca saxonis apparentes vel venam saxonum i. marinozum & alienum lapidum. Ex quo patet ex appellatione metallarii comprehendunt lapidarii & fossores lapidi & inventores. C Item ibi. laboriosis effusionibus. i. laborioso fodendo. Ex quo no. km glo. de baru. qd metallarii dicunt qui laboriosis artibus non nisi prohibitis metallorum venas inquirunt. Item ibi. domino. s. predi in quo fodunt saxa. Item ibi. certo modo. i. de alia b quantitate metallorum disponendo prout vult.

Equis debet perficere quod incepit.

Con procuratores. Procuratores officiales ad exigendum metallum non debet ad aliam dignitatem ascenderi. nisi prius illud officium perficiant. hoc dicit. Et tractat hec. l. ex parte rubrice huic tit. ex qua. l. patet ex in Macedonia Bacia & alijs prouinciis hic nominatio in quibus foduntur metalla debent procuratores & exactores metallorum iuxta consuetudinem creari & eligi de curialibus ciuitatum earum prouinciarum & l. exactores. s. de suscep. & arca. qui procuratores debent ire ad insulas. & ad loca vbi metalla foduntur & existentia metallarum debitur canonomi scrupulorum & decimarium de quibus dictum est. s. eo. l. j. z. iiii. & si dicti procuratores simulatio hostili metu dictam procurationem suae licentiam deserant volentes forte promoueri ad aliquam dignitatem sunt ad dictas procurationem reducendi. nec aliquam possunt adipisci dignitatem. nisi si dicta procuratione completa. C Not ergo quod debet quis perficere quod incepit quia nihil dictum est. z. l. s. ad illelia. & qui ponit principium suppleret debet & finem. de conse. distin. j. nullus episcopus. ideo qui deserit officium publicum ad illud reducendus est. vt hic. z. l. s. ad magistratum. z. l. generali. s. de decurio. nō eniz meretur priuilegia qui stipendia publica nō compleuit. l. j. z. s. de his qui non imple. sacris s. Item patet quod procuratione susceptam quis adimplere cogitur. l. s. mandauero. s. sicut autem. s. man. & marime procuratione publica que in iusto conferunt sicut & alia munera publica ideo impoprie hic dicit. procuratio quod est liberum a principio acceptare necnon sicut est in procuratione priuata dico. s. sicut. C In textu. ex curialibus id est a curialibus illius loci vbi foduntur metallum. debent procuratores ordinari ad

Perpensa.
adde ad istu-
ter. oīno no. p
pan. l. dinor-
tio. s. l. vir. s.
sol. ma. in si.

Ocio insule
hoc sequit Lu
do. i. l. j. ff. sol.
matri.

Ioannes de Platea super libro undecimo. L.

recipendum collecta istoz qui fodiunt. Odo. Item ibi profitatur. Item ibi necessitatibus colligedor metallorum. Item ibi retrabantur. restituuntur pristino labore. Item ibi: compleuerint. nō debet dimittere hoc officium preteritum alienius bonis ibi delati quoniam hoc officium compleuerint. Odo. Et non fratidem stimulantis casum fortuitum hostilia metus evitad i muneris publici nō prodesse. de quo vide qd̄ diri i. l. Quaies. de decū. s.

bene retrahit et reduci ad propriam prouinciam: nulla temporis prescriptio obstat. ex quo patet quod nec etiam quadraginta annis poterunt ab exercitio metallico liberari: cum lex resistat potestati prescribendi. ut in loco cum satis ieiuniis de agri et ceteris et diri in loco si quis decurio subiectus est. sed debet. Item non solum ipsi sed etiam sui filii: quantumcumque etiam extra suam prouinciam geniti: dicta loca cum sit retrahuntur. Et quo patet quod filius metallarius est et sic nexus et exercitus paternum astringit filium ad illud. ut hic in dicta loca cum satis et hic in glossa in verbo sobole.

Er annos. Codiices tenentur pro cano-
pulos auri.b.o. et Rose. hic glossatorz cordat cu[m] pla-
de quantitate z pondere importato per scrupulum de
qua dixi. s. ed. ob metallici. Sed tu tene opini. Bzo. de qua dixi
s. eo. l. Et nota q[uod] minus solutur pro foſſione auri quia ſoluſ
ſeptem ſcrupuli ſolufit per quemlibet metallarii. q[uod] pro foſſio-
ne altiorum metallorum pro quibus ſoluitur vna libra. xiiii. vnicia
rum. s. e. l. h. t diei in dicta. l. s. e. nec obſat q[uod] iſte capitulationes. l.
annue ſolutions ſende per caput cuiuscumq[ue] hominis ſunt ſubla-
te. vt. j. de preto. et ho. pretu. l. s. r. de capi. ciuium censibus exime-
da. l. vnicia. r. j. de agri. r. c[on]f. l. cum annua. r. j. deſ colo. et hacē. l. vns-
ca. quia reſpondet hic glo. quod ſolatio non imponitur hic per ca-
pita z respectu capitis ſed pro metallo z respectu metalli quod
ſolut. Et no. hic commone vulgare cum dicitur ſoluitur iſta
collecta tantum per hominem: tanta quantitas pro qualibet ho-
mine. nam z vulgari verbo quandoq[ue] vtendum eſt. l. s. medicos.
ff. delvari. et extra cogni. et quod no. glo. et Bar. in. l. triticum. ff. de
verbo. obli. et.

- Appellatione saxonum continentur marmora.**

Glossam. **C**Non potest quis tantum effodere ut p. hoc aliena edificia destruantur. b.o. **Z**Metallarius enim cui licet fodere et querere marmora et metallia in alieno territorio non debet intarsum fodere ut fundamenta edificiorum ibi iuxta existentium labefiant et ruant licentia ergo fodendi alicui concessa intelligitur sine alterius detrimento. l.i. **S**inerito et. **S** si quis a principe. ss. ne quod in loco p. ut ybi nec imminaret periculum ruine edificiorum fossio prohibetur ut hic patet nec enim licet mibi in meo fodere tam alte ut paries tuus contiguos ruat vel venie tui putet previdantur et descentur. l. fluminum. **S**. **S**. ff. de damno infec. et hoc si dolo facio animo tibi nocendi. l.i. **S**. denig. **S**. de aqua pluvia ar. et quantitate dicar facere animo nocendi colligitur et glossa singulare in l. vicinus. **S**. sed si quis sub eos. in glossa. in verbo cogere co. situ. de aqua plu. arcen. videlicet si agebat eo opere non presumitur animo nocendi fecus si non agebat. et in dubio dicit glossa in dicta. l. fluminum. **S**. si non presumitur animo nocendi vt. l. merito. **S**. pro soci. **C**Funquid autem sileat in iusto domino predicto intrare et marmora querere. **G**los. hic concludit q. sic famore publice visitatis. ut hic. Et qua no. q. licet als non licet domum vel predium a terius ingredi in iusto domino; als ingrediens teneatur iniuriarum. l.i. **S**. ff. de acqui. re. do. et. liniuriarum. **S**. **S**. ff. de iuris. et ei resistit possit in iusto militarii tenet glo. l.o. l.i. tamē propter publicam utilitatem hoc licet ut hic. et. l. omnis. in fin. j. de aequali. et idem confutando hoc perimitat. l. venditor. **S**. si constat. **S**. communia p. diorum. **C**Quid autem si post prohibitionem quando quis potest prohibere nibilominus ingrediatur venandi causa vel aucti pandi et aliquid capiat an suum erit vel domini prohibitentis. **B** q. erit capientis ut tenet glo. l. i. l. diuini. **S**. de seru. rusti. predi. et i. sti. de rerum di. g. plane in secundo. licet gl. contra et male. eo. tie. **S**. plane in primo. et ibi diri. Et hanc. l. cum glo. allegat Bart. et. **S**. ly. in. l. **S**. de servis su. q. licet suspicor rem meas esse in domo tu no. tamen possum intrare domum tuam ad inquirendum te prohibente. et hoc tenet in l. i. **S**. hoc autem. **S**. de servis fugi. vide in dicta. l.i. **C**In tert. ibi operta. i. cooperata et alias aperta. **C**Itez ibi sara. i. marmora. Et si no. q. appellatione savorum continentur marmora; ut vult bi glo. Item ibi de fossis in alienam. i. in profundum cuniculus. i. factis in agris subterraneis fossis secundu. **V**est differentia inter species et cuniculum. quia species est fouca subterranea rotunda; sed cuniculus est rius subterraneus directus et cooperatus. l. supra iter. et ibi glo. in verbo species. **S**. de aqua plu. uia arc. Item ibi labefactent. i. corrumptant et.

1. *Silius metallarii metallarius est.*
 2. *Pro velicto q̄s nō dī in penam trāsferri de uno corpore ad aliud.*
 3. *Aduocatus si fuerit absens per triennium perdit priuilegiū suū collegiū.*

Metallarij. Scripti ad fodendum metallum si aufugiunt ad illud officium retrahuntur etiam si familiares principis fuerint. b.
d. Et sunt metallarii liberi homines licet sint scripti ad metallum fodendi sicut et alij scriptiti sunt becl et non serui. vi. ut no. 5. de agri. cen. l. Ne diuti. vult ergo becl. qd si metallarii masculi vel femine derelinquent provinciam propriam: in qua debent fodere metalla: z ad alienam provinciam se transferant de-

2 occurso. et autem de hanc epistola. q. y. generaliter iancimus. in glo. in
verbio curiali. Non enim debet quis pro delicto in penam trans-
ferri de vno corpore ad aliud. l. ne quis. s. de penis. z. diri in l. ne
quis officiale. s. de decuri. nisi transferatur ad collegium religio-
rum ut ibi patiatur abstinentiam cibi et potus. et continentiam.
in anten. ad hoc. s. de adulteria. Similiter monachus de vno mo-
nasterio reductur cum suis rebus ad aliud quod primo ingresso
suis fuerat et dereliquerat. in aut. de san. episco. s. si monachus. col.
ix. et si his derelicto monasterio ad secularem vitam se transferat tunc
privatur in totum religioso corpore et traditur curie seculari in aut.
de monachis. s. si monachus. in secundo. z. c. cum non ab homine
de iud. Item quandoque quis reductur ad corpus a quo aufer-
gerat et ponitur in deteriori stallo: quia viscerat in primo loco pro
pter eius absentiem ponitur in ultimo. et quandoque in totum de-
3 citur a corpore: vt in iuribus in glos. allegatis. Nam si aduocatus
fuerit abiens per triennium perdit priuilegium sui collegii. vt. l.
fina. et ibi Barto. s. de aduoca. diuer. iudi. In alios recrurit quin
quennium. j. de primice. l. s. Sed qui non vtitur priuilegio nundi
varum vel doctorandi per decennium perdit illud. l. s. ff. de nundi,
et ibi Barto. Et hoc quod supra dictum est. scilicet de ponendo a
liquem in deteriori loco seu stallo: vel deficendo seu eximendo ab
ordine habet locu in officiis in quibus est honor. oneri et admittus.
Si autem contineret solum onus: tunc remouendo delictum pre-
vent immunitatem quod esse non debet. vt in gl. Ex quo habes
q. Oliveri modo quis transffertur de vno monasterio ad aliud: seq
de vno corpore ad aliud. et quis de vno corpore remonetur et quan-
doque a suo stallo solum. et super dictum est. In tert. ibi nullum
esse prejudicium hisci. scilicet quin renovare possit ad opus metalli
cum metallarius ad fiscum pertineat et ad priuatos usus transfer-
etur p. eundem An. de barn. Et nota hanc legem secundum An.
de baru. contra rusticos qui derelictis propriis locis et dominos
fraudent ad alia se transfferunt loca. vt. s. de agri. et censatis. l. omis-
nes omnino zc.

Con demurile gulie: gyneciaris et procuratoribus gynecis: et monasteris: bastangaris: et de vestiaris. Rubrica.

Rubrica.

Glossa cotinuat. q. s. t. i. l. per annos. dicit d. aurilegulis. i. legibus vel colligentibus aurum: nunc de murilegulis et aliis operatibus ad res principis. **A**el. s. dixit de aliquibus operationibus et exercitiis reipublice necessariis: ut monataris: nauicula, risis: hic vero ponit de quatuor: aliis operationibus necessariis principiis: gyneciaris: monitaris: et bastonariis. que nosa expone ut in gl. **C**at murileguli enim sunt qui murices sic vocatos colligit: ex quoniam decoctione fit encaustum imperiale: sive regium: que eorum recripta subscriptur: ut s. in. l. sacra affatus. s. deviner. scripit. Item et ex eis purpura principis tingitur. l. i. s. que res ven. n. pos. t. gl. t. eo. l. si quis nauicularis. **G**ynecaris sunt qui terunt pannos imperiales interferendo sericum et aurum: t. scilicet vestes deauratas paragaydas. id est iuxta gaydam. j. citr. i. l. i. t. i. et inde gyneacium. i. locis ybi terunt panni serici et deaurati. Et tamen gyneciaris generale nomine ut coprebendat etiam alios in dicta arte operantes: ut linterarios et linsarios. j. cod. l. a.

quis ex corpore. in gl. linsarioz. in fin. **C**adonetarij sunt q. monetas principis cuadunt ut hic in. l.i. **B**astagarii vero sunt macellatores seu beccarii principis: quas bestiarii vastatores: seu mactatores. j.e.l. qd ad p. sens. **S**unt z alii ad alia exercitia z artificia ad palatia principis deputati: ut conchileguli qui colligant conchilia que sunt animalia sine capite que cōburunt: z teruntur: z comiscent cum muricibus: ad signāda descripta principis bīn glo. in d. l. sacri affatus: z per glo. s. eo. l. si quis nauniculam. z ibi dicā. Itē baphij sine basi vel basifarri. i. tinctores pannorum a baptin qd est tingere. j. eo. l. s. **I**tem linterarii qui faciunt linteros aule regis. j. e.l. si qd ex corpore. Et omnes isti artifices sunt obnoni curie panncipis vt nisi certo mo liberari nō possint. j.e.l. si quis ex cor. **E**t aliqui erant temporales z aliqui perpetui z erat liberi bīn Bar. nō autem servi licet gl. bicdicat contrarium nam dabat aliquid vt ad istam cōditionē exercitium admittetur. j. eo. l. s. Sed nō est verisimile vt qd det vt efficiatur seruus: cum seruitus morti comparetur. l. seruitum. s. de reg. iur. **I**tem qd liberabuntur dando substitutū. j. eo. l. si quis ex cor. quod non eset in vero seruo. **I**tem contrahunt matrimonium. j. eo. Ledicimus. z. l. murileguli. quod non facit seruus. l. cum. s. de incest. nup.

Gui falsat monetam ciuitatis capite punitur.

Monetarios. **C**lustrici ad cuadenduz monetam principis non liberantur aliquo primitio principis vel d. ignatia. b. d. Concordat. j. de dignita. l. nec qd. Ad. qd facit. s. f. i. l. cū pecuratores. Quod no. cōtra rusticos qui dinites efficiunt: qd non debent esse: unimmores pustine cōditionis bīn dominum. Bīn. de barulo. z facit. j. d. coarctalibus. l. si coarcta lis. cum sumilibus. **E**t si patet hic qui sunt monetarii. s. qui cuadunt monetam principis. vel dicit. s. in rubri. **T**Propria enim moneta imperatoris erat aurea z marxiū pretii. vt dicit gl. l. s. s. de fal. mo. z qui eam falsat exuritur dicta l. s. **E**t qui falsat monetam ciuitatis capite punitur. l. s. de fal. mo. et dicitur falsificari seu falsa quando sit ab eo qui non habet potestatem. als dicitur adulterina secundum Barto. Qui autem radit vel tingit. i. cooperit auro vel argento vt tota aurea vel argentea videatur si est liber damnatur ad bestias. z si seru vltimo sapplito. l. quicunq. s. de fal. **C**Et sunt tria specialia in hoc crimine: s. quia quilibet tenetur accusare z non appellatur. z punitur domino in cuius domo fit licet signorians. l. i. s. de fal. mo. z potest quis penitere in hoc criminе ante qd perficiat. d. l. qui fallam. s. de fal. nam qui non perficit delictum quia noluit excusat. securus si non perficit: qd non potuit: de quo per Hart. s. de fur. l. qui ea mente. Et not. qd moneta bona tantum debet valere in forma qd tam in materia remota expensa cuadendi. vt vult glo. in. l. i. in versi. debet. s. de cōrabre. emp̄to. z Innocen. in. c. quanto. de iure iurā. **C**anū quid autem teneatur quis recipere pecaniam pō ea estimatiōe qd taxata est de publico. Dic quod sic. als punitur. l. s. j. de veteris nū mis. po.

Baphij gyneciū. **C**officia z artificia nō sūt suffragio. i. pō simo inaco acqrenda z collatur. materia delinquendi. b. d. **L**oncor. in aut. vt in. fine quoq. suffragio. j. i. z. s. col. s. **E**t pmitte optatores tinctores pannorum principis soluebant aliquid pō suffragio. i. pō obtinēdo dicta officia: propter hoc restarēt z rebabant quod soluerāt cōmitibat in pannis faciendo pānos debiles z modicam vel malam. tincta adūctōes ideo remouet hic Imperator ne aliquid soluant pō suffragio ad obtinēdum predicta ministeria z artificia. **E**t hanc legem no. bīn bar. cōtra artifices suas artes cā luci fallantes. i. maculantes: vt textores qui pānos debiles faciunt: z cōtinctores qui pānos in tincta destrūnt dimittendo eos in tincta vltra debitum: vt adhibendo tinctam factam z nō perfectā. vt. j. ti. l. vellera. vt teneantur z puniantur facit. l. item qritur. s. si gēma. z. s. si fillo. s. loc. Facit etas contra scriptores qui mitent aliquid in tinctam vel ab encausto ppter qd efficitur litera alba. Et cōtra miniatores z pictores qui miniat z pingit de adulterinis coloribz. vt teneantur dominis de omni dāno: z etiā punitantur d. omni crimed scellio. l. i. s. sed z si quis merces. s. de crimed scellio. Item no. bāne pō bēbētē officia z beneficia z artes z exercitia suffragis z simonia acquiri. z contra tales dicto modo acquirentes hec lex presumit ne habeat alium malefaciendi z indebitē lucrādi. vt hic. z. d. aut. vt iudi. fine quoquo suffragio. Non enim debent dignitates esse venales sicut nec matrimonia. l. s. in. s. canonizata. j. q. vñ. sancimus. et. s. de iure fisci. l. super creandis. ibi ambitione cessante. Et tales suffragio acquirentes officia non habent immunitatem. l. vñuersi. z ibi dixi. s. de legatio. **I**n tex. ibi Baphij. i. tinctores pannorum. Item ibi gyneciū. i. textores pannorum. vt. s. in rubri. Item ibi: per quos subaudi male agentes. Item pīuata nostra substantia. i. pātrumontium nostrum attenuat. i. corrumpitur z minimatur. Item ibi species in gyneciū econfekte. i. pānni confecti in gynecio. i. loco

ybi sunt pānni corrūptūt. i. destruuntur. subaudi pānos tenues faciendo: vt modicū de tincta recipiat: vt tenēdo eos modicum in tincta que erat cara z pretiosa de muricibus facta: vt no glo. j. e.l. si qd nauniculā. z. hic est primus modus corripētē pannos. est et aliis modus. s. immiscendo aliqd in tincta vt sit maioris qualitatē. **E**t sequitur in baphijs. i. in locis ybi sit tincta. Ibi: temeratio. i. cōrum temeritate z audacia. Ibi: ym adscitūt. i. aliqd ad dunt ad vigorandum z augmētandū tinctam. Item ibi: inquinatio allusionis. i. corrupte augmentationis. alia litera est temerario ym adducit respectum. **D**y. expositi allusionis. i. lotio nō pānorū: qui verisimile est quod male lauarent. Item ibi: abstineant. i. supradicta officia per simoniam non querant. **D**y.

Gullitas omnem bonicm excludit.

In genue mulieres. **C**ingenua. nū

Si ad protestationē nō recedat ab eo efficiatur cōditio nis gyneciarie. sicut est maritus. b. d. **P**oterat ergo i casu isto de iure ciuili mulier recedere a viro. quod securus est de iure canonico etiam sc̄otraheret cū seruo nisi fuisset ignorans seruīs conditionis. in. c. f. de cōing. ser. **E**t qd sunt illa qd habet impe dire z dirimere matrimonii dixi insti. de pa. po. in prin. z de nup. s. si aduerſus. **E**t not. hic de virtute protestationis qd arctat personā protestantem. vt post tēpū in protestatione adicatu vel arbitrio iudicis declarandum. l. probamus. s. cum ita. de ver. obliga. et no. j. e.l. dicimus in glo. s. priuatur sua libera facultate z sit obnoxia exercitio publico cui est maritus sicut etiam post protestationem filius negligens curare patrē furiosum eius successione prīnat. in aut. liberi furiosi. s. de epi. audi. z de effectibus protestationis vide plene per Bar. in. l. nō solūm. s. morte. s. de no. ope. nun. Perdit ergo hic mulier priorē dignitatem nubens viro vilioris conditionis. l. femine. in. s. f. de senato. quia vilitas omnem honorem excludit. l. i. in fin. s. ybi sera. vel clā. securus in ea que nubitis ascriptitio qd nibilominus. remanet in sua libertate. vt hic glo. z hec. l. declaratur. j. eo. l. dicimus.

Gulftagarii qui dicantur.

2 In his que tēpē variātur debent etiam statuta variari. humana.

3 Omnes exemptiones z priuilegia in publicis subuentiōibus cessant.

Clod ad presens. **C**varieta factoriū z varieta temporū inducit varietate proutiōnū. b. d. Nā qd de nouo emerget nouo indigēt cōfilio. l. de etate. s. ex cause. s. de interrog. act. **E**t legitur duobus modis sūmō duplice expositionē bus nos vestagarii. p. primo modo pīout intelligitur de vestagariis. Sunt enim vestagarii qui pīerant bestiis principis: vel qui pīerant macello. i. carnibus macellandis pro sustentatione boniū. z ita declarat Bar. s. eo. l. eternam. als vestagarii quasi vestatores bestiarum. vt hic dicit glo. z alias vestagarii quasi bestiarū: quia angariant rusticos ad bestias in grege principis pondas. vt in glo. pro intelligentia bīn modi est scīdūm. z pīceps habebat magna pāseua in quibus tenebat gregem. sūmō qui custodiebarūt per vestagarios principis gregem supplerē quando cūq. diminuebatur. **E**t cūq. die contigit: vt multa animalia ex grege principis interīssent duabitatum sūt quātū illi rusticī deberent dare pro reparatione gregis principis quod operator de clarauit vt pō illo tempore darent quintū animal. i. de quīng. vnum non aut singulis annis pīout hic intellexit glo. que in hoc non habuit verū intellectum sūt Bar. nam grex variatur z augeatur sūmō varietatem temporis et occurrentes mortalitatis sicut abundantia z sterilitas aliarum rerum. l. pīeta rerum. s. ad. l. fal. ideo pō singulis annis non esset ista prouisio: sed pro instanti tēpē et occurrenti casu sīc vt hic: dūm dicit ad presens. Et sīc no. qd finis que tempore variantur debent etiam statuta variari bīna. e. non debet. de consan. z affi. z. itis. dīc. erit autem lex. ibi temporū conniētēs. ideo dicitur distingue tempora z concorda scripsi. nota. in. lapud antiquos. s. de fur. Sed quero qualiter malgarius probet mortem animalium que custodit an sufficiat pībare qd illo anno contigit qd communiter mortua est dimidia vel trina pars animalium in regione illa. Et videtur qd sicut hic. In contrarium videtur qd custos debeat probare clare se amississe. l. si creditor. s. de pīgno. act. z. l. si quis fundū. s. imperator. s. loca. Dic aut tractatur de morte ynius vel duorum animalium que non pāscuntur in grege z tunc debeat clare probare. d. l. creditor. z. d. q. im perator. si autē erat animalia que gregatim pāscuntur sūt pāscēbāt. tunc sufficit probare pī istas presumptiones: vt pīsumantur tot perīsse in regione vt hic. durum est cūdī de quolibet animali mortuo habere testes de yisu. Et idem dicitur de morte hominum qd erat ī bello vt si existimaretur mortua medietas vel tertia pars pīsumātur mortui aliqui qui ibi erant neq. amplius sunt visi yl're.

Ioannes de Platea super Undecimo libro. L.

peri post confictum. secus si tractatur de morte aliquorum extra bellum existentium. de quo per Ly. et Saly. in. l.s. quidē. s. so. ma. et p. Bar. in. l.s. q. si dubit. ss. quædmo. testa. ape. Et idem in pba- tione rerum mobilium cui usu et diuturnitate reponit cōsuman- tur. id est sufficit tutioribz et alijs administratoribz qui habet redi- dere rationem de massaricis dominoruz: q. probet q. est tantu te- pus q. verisimiliter debet esse corrupta tot de dictis supellectilibz. arg. l.s. s. de ali. pu. pstan. Prout autem intelligitur sebo modo q. va- stagari sint vaccarii q. vendunt carnes ad minutu populo. pone ca- lam q. statutum erat: q. vaccarii daretur certus numerus anima- lium pro carnibus populo faciendis. accidit q. superuenit magna multitudine gentiū. ppter q. non sufficiebat carnes cōfuerit: et pio- pterea statutus imperator q. pro illo presenti tempore daretur quin- tum animalium. i. pro oībus quinq. que dabant addatur vnu pro reparatione corporis humani. Et ex hoc patet q. statuta et conve- ntiones in acellatoꝝ et teneatū dietim macellare solummodo tan- ta quantitate carnis possunt violari: nec sunt seruanda superueniente publica necessitate in populo et indigentia maioris quanti- tatis ad quam tunc agi potest. Ex quod etiam insert Bar. q. li- cet tenentes lacum perusinum teneantur ex forma statuti vel pre- dicti pacti mittere omni die in platea certam quantitatam piscium: eni si supernaturat magna quantitas gentiū cui dicti pisces non suf- ficiant possunt cogi ad portandum maiorem quantitatem piscium pro reparatione corporis humani per hanc. l. Lessant enim homines exemptiones et priuilegia in publicis subventionibus. l. vnta. s. ne li. in emp. spe. se excu. et l.s. s. de quibus mu. vel pista. nemt. li. se excu. Unautem de barculo prosecutus est barcul. s. in glo. et intel- lectum sic dices. Quilibet rusticus singulis annis de quinq. aiali bus dabit vnu fisto pro reparatione gregis dominici et ad hoc animalia exigenda erant prepositi quida m. qui vocabantur yasta- garis. bestiaris qui a rusticis predictis exigebant animalia et tunc dic. in ter. ibi pro reparatione. scilicet gregis dominici sed secunduz intellectum Bar. supra postum quem tehas dic pro reparatiōe corporis humani ut hic in glo. s.

a **E**x quo. Et ita etiā sequi- tur ange. biez 3 ban. l. repert. text. facit q. no. bal. l. l. in- bem. nullaz. C. d. sacrosan. ecclie.

b **S**en pesta- tioꝝ. Hoc in- telligit q. sit per babētem ius protestan- di. al. sec. vt l. si fundus. s. de rei vendi. et l. si eo. s. de res- mis. pig.

c **C**aler ergo statutum. Cui- de bal. l. oēs 1 populi. vers. Sed nūquid 2 statutum d. in 1 sti. et iure. Et ang. biez idē qd. do. Jo. de platea.

Et aliquem. Qui occultat aliquem ex textibus principis fugien- tem punitur. v. li. auti. b. d. Necob. s. l. prori. vbi punit tribus libris auri quia solue ut ibi in tert. ibi aliquem vel aliquam pueras gyneciarlam. s. terentem pannos imperiales alter autem punitur qui mancipia ciuitatis diuersis artibus pre- dita. id est ornata solicitauit vel auocauit. l. mancipia de fernis fu- gitius. s.

Occultans seruum alicuius textoris principis tribus libris auri punitur.

Continua ut in glo. qd. s. titu. priori. dicit quod prouidentia defensatur frumentum vtriusq; ciuitatis qd statuitur in. yna statuitur in reliqua. s. de priuilegio. vrb. Constantinopolitana. nunc vero qualiter delatum expendatur frumentum vtriusq; ciuitatis. Et no. ex glossa quando sunt duo habentia pars priuilegia et procedunt a pari et statuitur in uno statuitur in reliquo et quod rubricatur et disponitur de uno intelligitur rubricatum et dispositum de alio.

- 1 Quod debet solvi in frumento non debet dari in pane.
- 2 Fornarius vel alias qui debet dare panem coctam non potest solvere frumentum.

Ex mala administratione frumenti in republica crescit caristia.

Falli. Quod debet dari in pane non debet ministratio crescit caristia. hoc dicit. Et facit hoc. Quod prohibitus portare frumentum extra districtum non prohibeatne portare panem. nisi faceret in fraudem. l. trans. s. de legibus. Sed prohibitus portare frumentum bene prohibetur portare farinam secundum Bart. in. l. questum. s. illud fortasse. s. de lega. i. s. et per Alberi. scda parte statutorum. c. v. Et pro intellectu huic premittit quod Constantinopolitani statuit certam quantitatem frumenti dandam comitibus horreorum qui illam quantitatatem debebant dare pistoribus. et pistores debebant restituere panem coctum necessarium domui priuipis et quorundam aliorum officialium publicorum que quantitas fuit aucta per Theodosium. nesci vero Imperator prohibet dominum principis vel alteri domui publice cui debet dari panis cocti frumentum posse converti in alium ynum quam in panem et sic disperderetur et caristia insurget. propter quod res publica cogere tur emere frumentum quod si bene fuisset administratum et erosgatu in causam deputata babui set ad sufficientiam ut etiam potuisse vendere. Mota ergo quod furnarius vel alias qui debet dare panem coctum non potest soluere frumentum et sic non potest solvi materia pro materiali. patet etiam hic est Antonius de barculo quod melius dispensatur annona si solvatur in pane cocto quam in frumento. quod facit contra illos qui tempore messium vel alio tempore vendunt frumentum ita quod eodem anno indigent emere. et sic crescit inopia. ito enim ducitur ad inopiam qui non vivit ordinata et seruata modo et mensura. et conuerso crescit patrimonium eius qui ordinata vivit. argu. s. s. pupil. educa. debeat. l. ius alimentorum. ideo enim seruandus est modus in expendendo ne vicium

ne vixit longi temporis breuis hora consumat. extra de censi. c. cum apostolus. et iuxta facultates faciendi sunt sumptus. eo. titu. c. s. lope. in si. et. c. cum nuper. et est ter. not. in auten. vt determinat? sit u. cle. h. cuvero. ver. nam si alijs. colla. i. Et ex eo qd hic dictatur qd ex mala administratione frumenti in republice crescit car. ristia: not. hic Bar. qd priories qui habent arbitrium super abun. dantia possunt uspere quatuor et quatuor et quo ordine possit vedi frumentum qd liber die in foro vel quol mense. ff. de offi. prefec. vib. fa. cit. l. h. cura carnis. z. l. h. ad. l. iul. de ann. et dixi. l. vnic. s. vt ne. lice. in emp. spe. se excu. et l. j. s. de qui. mu. vel presta. ne. li. se excu. In ter. ibi nulli. s. domini aliquorum officialium. Item ibi can. id est frumentum. Item ibi mancipiis. id est furnariis sine pistoribus. Vinus. Item ibi dominibus. id est in domo habitantibus. sic in autenti. qua in prouincia. s. vbi de crimi. agi oportet. Item ibi de horreis publicis subandi nō solam ytriusq Rome. sed nec etiā de horreis aliarum ciuitatum ut dicit glossa super rubri.

Lectoris dispositio in vna cam: nō potest converti in alias.

Atri statuta. Quantitas deputata ad test minus nec in alios ysus conuerti. et eius erogatio et distributio debet in publicum describi: et contra factores puntuntur in duplo: et lucru assumit natura sortis. b. d. C. Mo. primo qd si in aliqua ciuitate statuta sit certa quantitas pecunie pro grano emendo pro abundantia ciuitatis qd officiales non habent arbitrium illa minuendi vel conuertendi in aliam causam p. huc ter. et hoc nō solum habet locū in ytraq romae. scilicet in constantinopolitana. s. in qualibet alia ciuitate ut not. s. in rub. et ista pecunia publica. Iz alii mutuari nō possit privatis. l. j. z. h. s. de his qui ex pu. ra. tñ poterit mutuari ad expeditionem illius negotiū pro quo pecunia erat ordinata ut si mutuas pistoribz qui aliter preparare nō poterant ad coquendū panē vel ad emendū frumentū et in glo. Et ad alia necessaria facienda ut hic in ter. ibi qd mancipiis nomine mutuū datū est. Et si videt casus pro pistoribus monetū ciuitatis qui habent condudere stipendiarios et eis soluere stipendiū ut possint eis mutuare ut equis et armis se fulciat. facit. l. ad re mobilē. z. l. ad legatū. ff. de p. c. C. Scdo no. ex f. l. fm Bar. qd lucru assumit sibi ea natura quā capitale. qd facit si inter aliquos socios sit contracta societas ad certū tempus: qd sicut non licet minuere de capitali misso in societate ita nec de lucro. facit regula iuris accessoriū. l. i. vi. cū similibus. z. l. s. is q. h. s. qnē. ff. c. d. o. C. In ter. ibi dedicata. s. p. necessitate famis vitanda et abundatia habenda. Itē ibi pepta. i. non liceat prefecto vibis postea creato. C. Mot. ibi ad alios ysus quertere. no. qd testator disponit in vna cam nō p. t. couerti in alia. de quo per Bart. in. l. vnic. j. de exp. ludoru. et ibi dicā. z. l. legatā. ff. de administratione rerum ad ciuitat. ptinētiū. C. Itē ibi accreuerit. als exerceuerit. als soluerit noīe supradicte. Di. Et sic no. qd pena exacta ab uno membro alioq datū debet applicari illi membro nō autē ponī in fisco cōmuni et gnali cui reguliter pene applicantur. lagaria. ff. de termino amoto. Itē ibi inscindī. i. scipi. et sic not. qd constitutio penalit potest describi in tabulis eners ne quis pretertu ignorante a pena legis se valeat excusare. ar. ff. de insti. l. s. et si pupillus. h. palam proscirber. sicut precepta fuerunt tradita a Deo alioysii in monte Synai in tabulis la pideis. vt hic in glo. z. l. monumentorum. et quod ibi per Barto. s. de relig. et sump. funerum et.

De annonis ciuilibus.

Rubrica.

Continua fm Bar. s. dirē de annuis p̄statiōibus que sunt in publico ut de canone frumentario. hic vō de annuis p̄statiōibz que sunt in ciues ut sunt salario que annuatim p̄stantur doctoribus vel alii annui redditus in annona. i. frumento vino vel alia specie que de publico alicui p̄stat. l. i. ubemus nulli. de sacrosan. eccl. et appellant isti redditus anni panes ciuiles. l. s. h. preterea s. de iure do. z. l. bene a zenone. iuxta mediū. ibi vel panes ciuiles. s. de quadri. prescrip. et.

1. Salaria publica nō sunt tribuēda solūmodo pro titulo dignitatis sed p. o. meritis.
2. Scholarē nō possunt vendicare et exigere salario si illa non promoverunt.
3. Univeritas scholarium an possit aliquid statnere contra univer. statem doctoris et econtra.
4. Clericus si post perceptos fructus p̄bende decedit illos transmittit ad heredes sicut fructuarius. Et hoc verum in clero personaliter et simpliciter beneficiato. qd in vita et in morte equi paratur fructuario quo ad faciendum suos fructus perceptos.
5. Sed clericus habens administrationē equiparatur in vita ysu fructuario ut percipiat omnes fructus et donare possit moderate tamen et cum incipit infirmari equiparatur ysu fructu ut habeat solum alimenta et nō possit testari p̄soltū in elemosynā facere bec est conclusio glo. in. c. p̄sente. de offi. or. et vide per Bar. in. l. diuortio ff. solu. matr. C. Unquid t̄ autem feudum concessum aduocato pro eius aduocatione p̄standa transeat ad heredē dixi in. l. n. l. lus qui neru. supra de decurionibus. Item de alijs militibz et redditibus questiis filio per patrem dixi. s. de p̄ticulo successorum parē. l. C. Item quid si clericus renunciavit p̄bende sue fructibz iam maturis et aliis est subrogatus loco eius ad quem debent p̄tinere fructus utrum ad renunciamentū ad subrogatum: et vide tur quod ad renunciātem. ut hic in contrarium facit lupia de mur. l. s. quis ex corpore. et de actio. empt. l. in l. ianuas. h. si fructibus. et de ysu fruct. lege arboribus. h. j. z. l. defunct. z. l. in annuosis. ff. de annuis legatis. et vide casus in auten. vt cleri. qui re. alijs subo. in rubro et nigro. et bochten bic latissime arguendo ad partes Ento. de barulo. sed quod debeat diuidi secundum tempus. facit. ff. sol. matrimo. in. l. diuortio. in princ. z. h. quod in annuosis. z. h. nō solum. in hac questione sic dicit Ento. de barulo. videtur qd renunciātēs habere et debeat: quia eo anno seruūt eccl. cū ergo opus sustinuerit debeat emolumentum habere. s. de cadu. tollend. h. in primo. et h. p. secundo. ff. de regulis. iuris. l. secundum naturam. Item et quia si decessisset anteq renunciasset commodū transiūset ad heredes. j. de do. et protec. l. fi. z. j. de primi. l. vnic. z. s. de ad. no. ca. diuerso. iudi. l. post duos. h. j. Item videtur etiā quod subrogatus debeat cauere renunciātēs de parte fructuum restituenda seu p̄standa: ut alias dicit lex quando fructus tempore soluti matrimonii sunt pendentes. ff. soluto. matrimo. l. diuortio. h. inter

Anonas publicas. Quiles an ri nō solūmodo pro titulis dignitatū sed pro meritis personarum et transmittitur ad successores titulo

vniuersali vel singulare. hoc dicit. Et premitte secundum Anton. de baro. statutū fuerat a Constantino imperatore ut doctores literarum iuxta merita ipsorum haberent certa salario annua vel feda: vel certam militiam: vel prebendam: que omnia hic vocantur annone ciuiles. qd imperator Theodosius etiam hic confirmat. de clarans qd huiusmodi annone ciuiles et prebende annue non ideo dabuntur alicui qd sit cōuentuatus et titulum dignitatis acquisire rit: sed ita demū si meruit qd sit dignus et sufficiens. et ita non sunt bmo prebende titulus dignitatis sed meritis p̄iorum tribuēde. doctor ergo indigens nec eius schola possit aliquid sibi vendicare sed dignus sic. et qd tali benemerito concessum bene erit perpetuo erit apud eum et eius legitimos successores et etiā in extraneos alienare poterit vel hic. z. l. creditor. h. inter venditorē. ff. de actio. emp. C. Mot. ergo bene hanc. l. qd salario publica non sunt tribuēda solūmodo p̄ titulo dignitatis. ut quia doctor est sed p̄ meritis. ut quia bene et utiliter legit et bene satisfacit officio cui est deputatus ut hic et in. l. et virtutē. s. de sta. et imagi. z. l. grammaticos. et ibi dixi. z. l. magistros. s. de p. c. et medi. z. l. vnic. s. de athletis. a deo qd in locū insufficientis doctoris p̄t aduocari et facili p̄ preponi optimis et sufficiens scholaris. ut dicit hic glos. j. quam nota. p̄ quia facit. l. pistoris. h. responso. s. de officio rectoris prouincie. et in aut. de monachis. h. penul. et ibi gl. super verbo tēp. col. h. Secundo no. in versi. ideoq; secundū ynuū intellectum qd quoniam doctor habuit scholas in quibus legerit scholaribus non sequitur ergo debet habere salarium. qd debet intelligi si meruit. ut hic in princ. 3. Secundum alium intellectu notā qd scholarēs nō possunt vendicare et exigere salario si illa non promovererūt. ex quo infert hic Barto. qd per ynuiversitatem scholarium nō potest aliquid statuī vel immutari in preiudicium pactorum factorum inter commune et doctores per hunc ter. C. Et de hoc an t̄ vniuersitatem scholarum possit aliquid statuere contra vniuersitatem doctoris et econtra. dic per Bald. in auten. habita. s. ne fil. p̄o patre. et per Anch. in c. de consti. et verbis scholaris expone ut. j. de priuile. scho. in rub. Tertio nota ibi quicunq; illud quod alicui vigne collatū vel datum est non renovatur eius morte superueniente ut hic z. l. j. s. de iure si. cum concor. ibi alleg. in gloss. magna. in si. et patet hic qd salario scholaribus debita vel militantibus ut hic in gl. transinit fūntur ad heredes et possunt alii etiam concedi quoniam alienationis titulo sicut et fructus iā percepti pertinent ad ysufructuārium non attento quota parte anni vixerit ysufructuarius. l. de functa. ff. de ysu fruct. et intelligit hic gloss. de salario preteriti temporis idem est etiam tamen de salario futuri temporis. quando ynuica prestatio facienda est. ff. de lega. l. legatus. h. si quis. de ya. et extraordi. cogni. l. j. h. diuis. Si autem sunt due annue p̄statiōnes tunc habet solum pro anno quo incepit. l. post duos. h. is quoque. s. de aduoca. diuera. iudi. de quo dic plenissime per Barto. in d. h. diuis. In vasallo autem dependentibus fructibus et vide in titulo hic finitur lex Conradi. h. bis consequenter. colla. r. et not. in. d. l. defuncta. ff. de ysufructu. C. E. inducit hic glo. in arg. qd si clericus post perceptos fructus p̄bende decedit illos transmittit ad heredes sicut fructuarius. Et hoc verum in clero personaliter et simpliciter beneficiato. qd in vita et in morte equi paratur fructuario quo ad faciendum suos fructus perceptos. C. Sed clericus habens administrationē equiparatur in vita ysu fructuario ut percipiat omnes fructus et donare possit moderate tamen et cum incipit infirmari equiparatur ysu fructu ut habeat solum alimenta et nō possit testari p̄soltū in elemosynā facere bec est conclusio glo. in. c. p̄sente. de offi. or. et vide per Bar. in. l. diuortio ff. solu. matr. C. Unquid t̄ autem feudum concessum aduocato pro eius aduocatione p̄standa transeat ad heredē dixi in. l. n. l. lus qui neru. supra de decurionibus. Item de alijs militibz et redditibus questiis filio per patrem dixi. s. de p̄ticulo successorum parē. l. C. Item quid si clericus renunciavit p̄bende sue fructibz iam maturis et aliis est subrogatus loco eius ad quem debent p̄tinere fructus utrum ad renunciātem ad subrogatum: et vide tur quod ad renunciātem. ut hic in contrarium facit lupia de mur. l. s. quis ex corpore. et de actio. empt. l. in l. ianuas. h. si fructibus. et de ysu fruct. lege arboribus. h. j. z. l. defunct. z. l. in annuosis. ff. de annuis legatis. et vide casus in auten. vt cleri. qui re. alijs subo. in rubro et nigro. et bochten bic latissime arguendo ad partes Ento. de barulo. sed quod debeat diuidi secundum tempus. facit. ff. sol. matrimo. in. l. diuortio. in princ. z. h. quod in annuosis. z. h. nō solum. in hac questione sic dicit Ento. de barulo. videtur qd renunciātēs habere et debeat: quia eo anno seruūt eccl. cū ergo opus sustinuerit debeat emolumentum habere. s. de cadu. tollend. h. in primo. et h. p. secundo. ff. de regulis. iuris. l. secundum naturam. Item et quia si decessisset anteq renunciasset commodū transiūset ad heredes. j. de do. et protec. l. fi. z. j. de primi. l. vnic. z. s. de ad. no. ca. diuerso. iudi. l. post duos. h. j. Item videtur etiā quod subrogatus debeat cauere renunciātēs de parte fructuum restituenda seu p̄standa: ut alias dicit lex quando fructus tempore soluti matrimonii sunt pendentes. ff. soluto. matrimo. l. diuortio. h. inter

Joannes de Platea super undecimo libro.

- a** dū. t. l. si filio. h. s. **P**reterea videtur queri casus legis. nam dicitur quod si matrimonium solvatur debet fructus diuidi inter matrimonium et uxorem et pro ea parte anni pro qua matrimonium duravit habeat vir: pro alia mulier. s. soluto in matrimonio. l. diuortio. in priu. r. h. s. cum similibus. idem debet dici de beneficio ecclesie cum ecclesia pro uxore clero reputatur nam sicut prohibetur quis habere duas uxores ita clericis duas piebendas sine dno beneficia in diversis ecclesijs. vt. s. ad. l. iul. de adulter. l. eum. r. s. de incestis nuptiis. l. s. r. s. de iude. l. neino. r. extra. de cleri. non residen. c. conquerente. r. de prebend. c. iff. **E**t contra videtur quod subrogatus habere debeat qui fungitur vice illius qui renunciant. vt. j. de comi. rei militi. l. vnic. r. j. vt digni. o. ser. l. f. r. j. de aqueductu. l. s. r. s. de muralleg. l. s. quis ex corpore. Item quia renunciant fuit in culpa; qz renunciant sicut dicitur de uxore cuius culpa matrimonium solvit in aut. ut licet in atri et ante. h. s. quis autem. colla. viij. n. a. sumendum yendo in quo sunt fructus videor vendidisse fructus. s. de accep. emp. l. iulianus. h. s. fructibus. s. de usufruc. l. arboribus. h. s. r. l. i. c. a. fundi. nam et fructus pendentes pars sunt piebenda sine fundi. s. de legatis. n. l. mercutio. h. s. penultimo. r. l. berennius modestius respondit fructus. r. l. fructus. s. de rei vendi. Item qz si pereatus fructus pertinent fructus ad dominum proprietatis. s. de annuis legat. l. in singulos. r. s. de usufruc. l. defuncta. s. in ynum intellectus. r. s. ad. l. fal. l. penales. s. responso. **I**tez qz remittentibus actiones suas non est amplius pandus regressus. s. de edil. edic. l. queritur. h. s. vendor. r. s. de pact. l. s. post. r. s. de condic. inser. l. finali. r. qd subrogatus habere quicquid ipse habebat. s. de decurioni. l. s. ad magistratum. r. l. quidam ignarus. r. l. quainnus. r. sic videtur quod subrogatus totum habere debeat. et videtur casus expensis in aut. ut cleri. qui re. alii sub. pro eis. in rubro et nigro. v. s. ad. h. illud. s. m. Bulium. r. c.
- S**uperior debet angere eleemosynas ordinarias pauperibus deputatas quandocumque viderit expediens fore.
- E**ncl. xxv. **A**ugmentum stipendiarii est per superiorum qui viderit expedire. hoc dicit secundum idem utrancq; lecturam. cum cordan. j. de fru. Alexan. l. a. premittit ad euidentiam qd militibus dabant singulis diebus certa annona. i. certa quantitas in pane et bordeo quā annona et publicum canonom imperator. E beodosius auget statuē ut vel tra illud prestari debeant centum. xxv. modis per singulos annos de publicis horris que prestatio facienda est ex calendis iannarī sexta indictionis et hoc augmentum mandat imperator nunciari per suas literas prefectoris orientis. ut secundum hunc modum faciat soli annonam militibus in illis partibus existentibus et demum mandat hoc augmentum perpetuo obsernari. sc. etiam sicut annus frumentarins canon. s. titu. j. l. j. **S**ecundo modo intelligitur ista lex ut intelligatur de augmentatione frumenti inter pauperes cives et personas distribuendi. et hec lectura magis placet Bartol. proprieta. titu. sequen. r. per. l. priuilegia. s. de sacrosan. eccl. Ex quo patet quod superior debet angere eleemosynas ordinarias pauperibus deputatas: quandocumque viderit expediens fore vel etiam hoc potest facere ex mera liberalitate. quia omnis immensitas donationis in causam piam et in ecclesiam dicitur mensura. in aut. de non alienan. h. s. sinimus. col. ii. spectat enim ad fisum seu gubernatores reipublice prouidore de eleemosynis pauperibus erogandis. vt dixi. in. l. quicunq; s. de fide instrumentorum et iure baste fiscalis. r. j. de fru. alexand. l. s. et biusmodi eleemosynae possunt augeri ut hic non minari. vt. l. priuilegia. **S**ed nunquid officiales deputati super eleemosynis pauperibus erogandis ut dixi debent illis dare etiam pauperibus forensibus? an vero solum ciuibus pauperibus hic videtur text. qd solum ciuibus. ibi. ciuibus nostris. licet posset intelligi de pluribus et omnibus qui sub Romano sunt im perio quia omnes sunt ibi cives quo ad gubernationem et regimē l. in priu. s. desum. trini. r. fidicatho. et hic etiam videtur quod episcopus et commissarii testamentorum qui debent distribuere bona defunctorum inter pauperes non debant dare pauperibus alterius territorii facit. l. nullus. h. s. finautem. ibi ciuitatis ex qua testator oritur. s. de epis. r. cler. r. l. s. quis ad declinandum. versicul. r. s. quidem. eodem titulo. quinimum potius suis consanguineis egenis quam extraneis distribuire possunt nisi extranei magis indigent. lxxvj. distin. c. est probanda. vbi est pulcher ter. de hoc etiam not. in. c. de cobabi. cleri. r. mulie. nec obstat. i. qd. iiii. peruenit. quia solue ut ibi no. in glo. s. **I**n text. ibi. solitum canonem. l. prius de putatu militi provictu vbi parapentamatis argumenti. ibi. insta. i. delibera. Item ibi. apicibus. l. literis nostris. Item ibi. incunabulari. ab alijs dilatione. Item ibi ciuibus nostris. i. militibus sumum intellectum. Item ibi. in eum. i. in perpetuum.
- D**e mendicantibus validis. **R**ubrica.
- C**lo. continuat. dictum est. s. titu. pri. de annonis ciuibus que dantur indigentibus et infirmis. sed quia aliqui fingunt se pauperes
- t** infirmos cum non sint et vadunt mendicando cum sint fortes et robusti et sani ad laboraduz: quos spanaldos et galatas et galiardos sive truandos in vulgari appellanmus galaphos. ideo de eis subiicit. h. s. enim auferunt panem vere debilibus et infirmis et ideo ad officium rectoris spectat querere conditions personarum in ciuitate existentium et quos innent agricultores vel ad alia exercita a pros ad illa eos exercenda remittere et eorum segniciem ad meliorum mutare vitam in aut. de questore. h. volumus. cum pluribus h. sequen. col. vi. elurient enim panis utiliter tollitur ut eius inertia coibatur. v. q. v. nō omnes. Et in liberalitate eleemosyne plura sunt consideranda. scilicet fides: causa: locus: tempus: modus: necessitudo: etas: debilitas: conditio. lxxvi. distinctione. non satis. et ibi glossa cum pluribus. cc. sequentibus. et glos. super adattbeum iustius feceris si iniuste petente correxeris quam si ei dederis. vt. de hic glossa: amat enim qui corrigit. dicto capitulo non omnes. et de bac eleemosyna danda vide bonam glossam magistralem. xl. distinctione. quiescamus.
- M**endicantes possunt in herbis et alijs medicamentis finge re deformitates membrorum et egritudines corporum.
- 2** Forenses mendicantes inutiles possunt expelli decinitate quando eius mora est ciuitati damna.
- 3** Sicut minor et iuvenilis etas probatur per aspectum: ita et senilis etas.
- 4** Inertia hominum est detestanda.
- E**nclis. **M**endicantium inspicienda est conditio: vt si eis fuerit corporum integritas: et annorum robur: et eorum inertia sine villa miseratione sic puniatur: vt eorum delatoris probant domino serui applicentur: serui corrupti domino actione seruata: et liberi colori ipsius delatoris efficiuntur. hoc dicit. non est ergo danda eleemosyna forti et robusto. sed potius repichen densus et corrindens: vt dixi super rubrica. et intelligit glossa in verbo plenitudinem. nisi hanc. l. de his qui non solum mendicant: sed etiam sibi opponunt herbas et suppositoria per que apparent infirmi: claudi et contracti pedibus et manibus: vel aliud propter quod faciunt sibi tumescere tibias: vel aliam infirmitatem fictitie ostendunt apparenter et non existenter. et ita puniuntur ita graui pena de qua hic scilicet vt si mendicans est seruus: cum conuincens de tali fraude acquirit sibi dominium. et si est liber efficitur eius colonus a scriptius: sed ubi quis validus solum mendicat: nullam fictitiam pretendens egritu dicunt: tunc si est seruus a scriptius alterius restitutur domino suo. et si est liber: tunc si est forensis expelli et ad suas partes remittitur: si autem est de illa vbe debet compelli ad opera et artes et exercitia publica operanda. in autentica de questionibus. h. s. vero. colatione. vj. **E**t sicut ex hac glossa: quod mendicantes possunt in herbis et alijs medicamentis finge deformitates membrorum et egritudines corporum. **M**ota etiam quod forenses mendicantes inutiles possunt expelli de civitate: quando eius mora est ciuitati damna et periculosa. vt quia auferunt et diminunt victimum infirmis et invalidis: maxime tempore caristie et famis. vt dicto. h. s. fieroyt. versicul. si vero liberi. Sic etiam leprosi et lenones expelluntur dican in. l. cum super virentes. s. de re militi. Bar. autem hic dicit in dicto. h. s. si vero loquitur de his qui reperiuntur ab officiis publico indebitate mendicare cum sint validi: et robusti. quos si sunt forenses expelli: et si sunt de territorio compellit ad publica exercitia. **H**ic vero loquitur de mendicantibus et egritudines fingenibus: qui si accusantur ab aliquo priuato et connificantur: habet locum pena huius legis. **E**x hoc patet quod pena huius est ciuilis quia applicatur parti: tunc enim causa est ciuilis ut dixi in. l. s. de bis qui ex pu. ra. criminaliter autes punitur bic taliter et indebitate mendicis arbitrio iudicis: s. pena non sit determinata. l. iii. ff. de crimi. stellio. secundum Bartolum. hic. **E**t si expuli et transmissi denouo redeant competens castigatio eis imponetur et iterum transmittentur. dicta autentica de questo. h. s. illud maxime preuidere. In textu ibi publicum questum. Mot. quod pena huius. l. babet locum in mendicantibus validis publice et palam sine defectu. l. palaz. ff. de rite nap. secus autem si non palam sed occulte: vt sunt aliqui pauperes vercundi: qui publice erubescunt mendicare sed occulte implorant eleemosynam ab aliquibus deuotis personis exponendo necessitates suas. de quibus loquitur. lxxvj. distinctione est probanda. In his enim non habet locum pena huius legis secundum Bartolum. Item ibi: incerta mendicitas. Mota quod quando est incertuman mendicantis ignotus egeat vel non. ex debilitate vel egritudine corporis ptena: tunc potest inspici nedum ab officiali publico. vt in autentica de questo. h. volumus. sed etiam a priuato volente eam in iudicium ducere. licetum est ergo priuato tangere tumefactiones corporis et evulsiones oculorum pretensas an sint vere et naturales vel ficte et superficiales. ex quo inferatur quod ex inspectione corporis potest comprehendendi sanitas vel infirmitas. Probat ergo testis deponens aliquem sanum vel infirsum quia ydit et insperit per hunc textum sicut etiam probatur et alpe ctu bonitas

3. etiam bonitas vel corruptio aliarum specierum ut viciisti. s. de can. framen. v. ro. lynca. Ex hoc etia pater q. f. scit minor et iuuenilis etas probatur per aspectum. l. minor. xxv. annis ex aspectu. ff. de mino. ita et senilis etas. ut hic dum dicit robur annorum. Ubi autem mendicantis vel elemosynam petens ut frumentum vel farinam a communi tradendam ut dixi. l. priori. estet notus et habitor et dubitatur an egeat vel sit pauper vicinorum relatione declarat ut not. in. l. vbi adhuc superba de iure do. mendicitas vero reliquorum ab ecclesia approbatorum est certa et permissa. ut in. c. re ligionum diversitas de reli. do. lib. vi. et similiter questuris mendicantes sancti Antonii et sancti Spiritus et similium qui vadunt per mundum querendo admittuntur cum literis tamen dioecesi. ni episcopi ut cle. s. de pe. et remis. Item ibi: inertibus. Nota q. 4. Inertia hominum est detestanda quinetiam quandoque punienda quando in damnum tendit alterius. nam negligentia omnia ledit potissimum desideres et pigros scholares qui negligunt suas lectiones recordari. dicit glos. in verbo transitorio. et in verbo universalis. in autem de questo. q. si. et de ista inertia et ocio et taga in. s. l. j. de prepo. sacri cu. Item ibi: proditor. id est delator. in glo. sic procedere pro deferre in. l. f. s. pro qui. cau. ser. premiu. li. accipi. Item ibi: colonatus. et differt iste colonus ab aliis ascriptis et censitis quia iste quodiu vivit seruire tenetur et non eius filii. illi vero et eius liberis perpetuo sunt obligati. l. distinximus. s. de agrico. et censi. vni. Andream. Et est mirabile et ingenitus sine aliqua prescriptio et solennitate efficit colonus perpetuus alterius et similiter servus alienus ex pigritia domini transit in dominium delatoris. sic et alias delator babet premium ut supra dixi de delatori. in rubrica in. l. f. s. p. qui. cau. serui. Item ibi latebrum. latebra est claustrum vel altius locus latens. l. quidam ignarus. s. de decur. Item ibi vel mendicantis. Nota q. consules seruo alterius ut fugiat et mendicando vadat tenetur actione serui corrupti: etiam si seruus erat alias facturus sine dicto consilio. quia non oportet laudando auferi maliciam. ut hic in glo. s. nam illa distinctio: esset alias facturus vel non. babet locum in maleficiis. ut dixi insti. de obli. que ex de lic. nascun. q. ope. et facit ista. l. quod pater non cogatur prestare alimento filio robusto et labore recusanti. ut l. si quis a liberis. q. sed si filius. et ibi glo. et Bar. s. de lib. agnoscen. quod est verum nisi conditio natalium huic repugnet. lxxvij. distinctione. consideranda. et l. nepos proculo. de verborum significacione.

De nautis tyberinis.

Rubrica.

Supra dixit de nauibus in genere non excusandis et de anno/nis que cum nauibus deferuntur. et posset dubitari an naues per tyberim navigantes iuxta Romanam essent priuilegiate sicut est ipsa romana: ideo de eis dicit et sic patet quod hic titulus non superfluit per illum. s. de nau. non excu. Cuel dic secundum Bart. quod in Roma multe erant persone priuilegiatae hic declarat eorum priuilegia non extendi ad excusationem naum in tyberi navigantium: secundum An. de baru. et sic continuat q. species de quibus. s. dictum est cum nauigant transferuntur ad vibem: et de vibis ad provincias plerique mittuntur. ideo de nauibus que iuxta vibem navigant dicit.

Gli nauem. Qui nauem tyberinaz babet onus publicum suscipere cogitur nec villo priuilegio excusatur. hoc dicit. Et dicitur nauis tyberina que per tyberim navigat deferendo in Romanam vel extra Romanas ad castra vbi sunt milites: ut in glo. et isti naute sunt immunes et ab aliis munieribus personalibus quan diu nauigant. s. de nauicula. in rubrica. et de isto tyberi et eius alliance fecit Bart. pulchrum tractatum qui dicitur tractatus tyberiadis. In ter. ibi: ostensus. cum antea se negaret habere. Item ibi: alueo. quid autem si non repenantur naues in alueo sed extra alueum an obligantur oneribus publicis deferendis. Dic quod sic ex generalitate huius legis in princi. Potest enim dici nauis tyberina sicut tunc sit extra alueum tyberis secundum Bart. Nota ergo hic quod licet naues tyberine sint in sinu et corpore vibis non tamen excusantur a necessariis oneribus et obsequiis. reipublice sunt et alie naues. s. de nauibus non excu. l. i. et ii. nam senatores qui sunt pars corporis principis suas naues excusare non valent. l. iii. in s. ff. de excu. mune.

De frumento alexandrino.

Rubrica.

Supra dixit de frumento utriusque vibis: nunc de frumento alexandrino.

1. Labor in publico exercitio adhibitus est remunerandus.
2. Abi timere de preda et extorsione officialis potest sibi interdicere ne se de tali officio intromittat.

M estimatione. Salaris a matrum officialibus ad congregandum frumentum debet a superiori confirmari: nec licet decurionibus se intromittere sed per electos officiales debet expediri. hoc dicit. Statuit enim prefectus orientis certum munus. id est salarium de publico duobus officialib. scilicet simologo et signatio quos elegit ad congregandum frumentum in civitate alexandriae. et similiter statuit salarium nauticorum deferentibus: puta tantum pro modo. quam ordinatione imperator commendat et confirmat: probibens ut curiales se non intromittant ne detur eis prede occasio sed per electos expediat. Patet ergo hic quod licet alias spectet electio officialium ad curiales sine decurionibus. lege secunda. et etiam licet alias non possit aliqui constituiri salarium de pecunia publica nisi iussu principis precedente supra de prebendo salario. lege unica. tam pro aggregatione et transuptione frumenti publici et aliarum specierum pictui necessariarum hoc casu gubernator prouincie statuet eis salarium de publico si viderit eis expedire. et eis pro confirmatione superioris rescribet ut hic. et supra de nau. lege enz nanarchorum. In text. ibi: in estimatione id est secundum quantitatem et estimationem frumenti et est hic casus ut valeat prouisio officialium babentium arbitrium super abundantia pro quantitate frumenti quam quis venire fecit in communi habeat tandem pro corbe pro labore suo ultra pretium frumenti. Item ibi: exhibetur. Item munere id est salario. appellat enim hic salarium munus et aliquando appellatur solarium dicta. l. c. nanarchorum. in fine Item ibi: et pro nancleriorum tuenda. quasi dicat constituto salario de publico: ne habeat necesse expendere de sua substantia sed potius eas tueri et conservare. Et sic nota q. labor in publico exercitio adhibitus est remunerandus. nec cogitur quis propriis stipendis militare. in autenti. de iudicibus. q. ne autem. colla. vi. Item ibi: roborigamus id est confirmamus. et nota hic de confirmatione superioris de qua dixi supra de decu. l. si quos spontaneos. Item ibi: prede offeratur oca fo. Nota q. ibi timeretur de preda et extorsione officialis potest sibi interdicere ne se de tali officio intromittat. non enim debet quis de preda esse solicitus ut hic in l. minoris. in fine. cum concor. ibi alleg. s. de administr. iug. et s. de lucris aduoca. l. fina. et est argumentum quod valet reformatio que prohibet nobiles et adnotatos quosdam alios ab officiis publicis ne sint de preda solliciti. facit. l. proxima. secundo responso. Item solicitudinem scilicet congregandi predictum frumentum.

Nomen officialis qui male se gescit in officio delendum est. **F**urnos. Quantitas annone pro stipendia est augenda a superiori: quandocunque viderit expedit. et hoc primo. et cum hoc concor. glos. de anno. c. ui. l. centum. Item nomen officialis qui male se gescit in officio delendum est. hoc secundo. Item tessere. i. mensure publice ad metiendum annonam debent in civitate deputari et principis nomine subscribi et ab eo nominari. hoc tertio. Et cum hoc ultimo concor. supra de suscep. lege modios. et ibi dixi. et est glo. de istis tali seris. s. de iudic. l. sed et si suscepit. q. i. alto modo accipit tessera p. quodam ligno quadrato: super qua signatur numerus et quantitas vini: grani: carnium: et similium que probat quantitatem rerum vel pecuniarum in eo signatarum. cuius copia fieri debet scolari officio iudicis. si nam perdidit de qua per Bartoluz in. l. n. solum. q. sed et probari. s. de noui operis nuncia. Et pemitte q. ciuitatis alexandrinae denominata ab alexandro magno fuit multa dilecta ab imperatore. unde multa beneficia sibi contulit. Primo ultra ordinariam distributionem annone que ibi fiebat in alimo nis militum ibi astatum vel pauperum. cum esset ibi quidam officialis cui nomen erat Parifecoregus: qui male se habuerat in congregatione frumenti: imperator ultra ordinariam distributionem addidit ei centum et decem modios singulo die distribuendos. et cassavit dictum officiale: et ordinavit mensuras publicas quibus annona eroganda metebatur. Item dedit aliud beneficium. quia constituit ibi iudicem qui interponit autoritatem donationibus adoptionibus et emancipationibus. supra de officiis. iudi. alexand. l. lynca. et ff. eod. l. j. et c. Item dedit aliud beneficium de quo q. l. priori. erat enim illi cives primates inter alias ciuitates ut notat glo. in. l. priori. et erat ciuitas metropolitana in qua prefectus Egypti recipiebat coronam. ut dixi in. l. quinq. summatas supra de decurio. In text. ibi alimonis id est ut de publico vendatur in ciuitate quolibet die volenteribus emere pro suis ali moniis. vel dicitur de publico detur pauperibus illius ciuitatis. s. de anno. ciui. l. fina. secundum Bartoluz. Item ibi percipit sub audi et sic ultra illud quod consuetum erat prestari.

Item ibi: parifecoregus. nomen appellatum officialis id est manens. a para q. est iuxta: et rex regis quasi iuxta regem manens. ut i

Ioannes de Platea super undecimo libro.

Glossa. Item amputetur idest delectatur. et per consequens eius officium. quia cuius nomen deletur: et eius effectus et officium delectatur. la nullo. s. de ferris. r. l. cancellauerat. ff. de his que in testamento delectentur. Item ibi designatur. id est signo principis consignatur siue signum publicum imponatur. Et hic sumitur id quod tota die fit in civitatibus ut mensura frumenti et aliarum specierum et castellate ad deferendum vias et vinum reprobantur nisi sint signatae et bullatae signo publico ut hic patet. Item ibi censeantur. i. denominantur. ut dicantur esse honoris imperatoris ut in glossa et si non dignum ab inventore nominari. et per Lyn. cognoscentur res ut hic. r. l. cancellauerat. ff. de vete. nummis. pot. l. j. et dixi. s. de fabric. l. stigmata.

Che alexandrini primatibus.

Rubrica.

Glossa. Supra titulo proximo posuit de uno beneficio collato ab Imperatore Alexandrino civitati: nunc ponit de alio videlicet de curio-nes vel etiis ipsius ciues tanquam primates et nobiliores alios cuius- bus aliarum civitatum non teneant ad purgationem nisi et cetera.

1. Stationes fiscales non possunt sub finicem pecuniam mutuare et invenire agere.
2. Domini qui recipiunt vectigalia fluminis et maris a navigantibus tenentur suis sumptibus de publico eas facere reparari.
3. Costores ad bauriedam aqua tenent conferre ad purgationem pente-



DOPORATOS. Non sunt excepti a munere purgationis nisi que purgatio debet fieri ex pena publica mutuata et vectigali nautum per milium navigantium restituenda. h. d. Premittit quod in Egypto non pluit. ut hic in glo. i. et ideo aqua est ibi cara et expedit annuationem purgare: et eius aquam per agros effundere et irrigare et fructificare. Sed si quis de dicta aqua plus debito occupet vel valla nisi destruat comburitur. l. vnta. s. de nili agge. non rumpet. et dicam. s. de cupressis ex loco Daphnes. l. vnta. Et ista vera purgatione nisi Imperator hic concedat immunitatem pri matibus: vel etiis omnibus ciuiis alexandrini: tanquam nobiliores et principales inter ciues aliarum civitatum ut hic dicit glo. Et rat enim ciuitas insignis et metropolitana et multum ab Imperatore dilecta et privilegiata. ut dixi. s. l. proxima. et ex hoc in fert hic Bar. quod est melius et honorabilius quod esse mediocrem ciuem vnius nobilis ciuitatis. et magis bonoari debet quam esse maiorem ciuem vnius modice et exilis ciuitatis. ex quo infertur quod popularis nobilis et insignis ciuitatis magis debent bonoari quam nobiles alterius parvae vel etiam mediocris ciuitatis. In textu ibi corporatos. scilicet in speciali corpore sive collegio decurionum: vel etiam in corpore generali totius populi. et s. dixi. Item ibi: fluminis. scilicet nili. Item ibi: ex dinummo: alias dinummo. vectigali idest ex loco in quo dinumerantur nummi pro vectigalibus soluti. ut est thesaurarum locus in quo sunt solutiones fiscales sicut sacrarium dicitur locus in quo sacra reponuntur. ut in glossa que etiam aliter exponitur. Item ibi: dispositionis tue. loquitur prefecto illius loci. Item ibi: quadringtones solidos. scilicet annuatim pro purgatione nisi. Item ibi: precommodari id est mutuari et recipi pro dicta purgatione. Item ibi: ex titulo nauum. idest Deloneo sive riuatio seu datio nauum. Repensetur idest restituatur dicta pecunia. Et sic patet quod stationes fiscales non possunt sub finicem pecuniam mutuare et invenire agere. Nec potest. quis quod sibi debetur ab una statione compensare cum reliqua l. j. et s. de compensationibus. Et prodest hec permissio quam facit hic Imperator: videlicet quod possit recipi de uno vectigali et reddi de alio: siue nius tituli pecuniam in aliis titulis possit expedi sed postea repensari. et multoties datum ex quo debet fieri aliqua expensa publica non recolligit illo anno tantam pecuniam que sufficiat. ideo potest recipere ab alio datio et deinde sibi reddere ut hic facit. Non quoquecumque. s. fina. ff. de lega. j. et ita limitat. s. de his qui ex publica collata sunt. l. j. Et nota singulariter banc. l. quod dominus qui recipiunt vectigalia fluminis et maris a navigantibus et transcurrentibus tenentur suis sumptibus de publico eas facere purgari et reparari. non autem tenentur subditi suis sumptibus iuxta regulam ipsius qui sentit onus. r. l. libro sexto cum similibus. Si autem non percipiunt vectigalia tunc subditi suis sumptibus reparare tenentur prout exinde utilitatem percipiunt. ad quos etiam sumptus ecclesiastice tenentur. s. de operibus publicis. l. ad portus. r. l. de colla fund. patrimo. l. j. et de ecclesiasticis titulis. s. ad hoc sanctimus. colla. s. r. ff. ne quid in loco publico. l. j. s. viarum. versiculo refectio eniz. et quod notatur in. l. si locus in fine. ff. quemadmodum serui. amittatur. r. l. cum nauarchorum. in fine. s. de nauicula. et idem si habeatur. putem ad quem vicini confluent ad aquam bauriedam quia tenentur conferre ad purgationem ut tenet Hynus in dicto. s. viarum. quo facto non potero postea prohibere ut ibi per eum. et facit s. de aqueductu. et ibi tangam. l. j.

Che in re publice.

Rubrica.

Glossa. Supradixit de priuilegiis et iuribus utriusque Rome et ciuitatis alexandrine: nunc vero de priuilegiis et ciuitibus aliarum ciuitatum.

Sed quero in quo differt respublica cuz fisco. resp. dicit hic glossa. fiscus et rex Romanorum idem sunt. ff. de legib. l. sciendum. s. i. et ibi glossa. r. l. non est ambigendum. ff. de bo. possess. et ibi in glossa. quod intellige quando imperium translatum fuit in principem. ut dixi. l. j. s. de ture fisci. Sed respublica aliarum ciuitatum loco priuatorum habetur ut in falcidio ture institutionis et trebelliana detrahenda sicut detrahit priuatus quando bona non sunt soluendo. sed in fisco vel cesare ad quem bona vacantia vel ex institutione deferuntur. hoc non est quia hereditas habetur pro non adi ta si non est soluendo. Ex quo apparet quod fiscus non eget beneficio inuentarii. per. l. j. s. an bona. et ibi glossa et Bartolus. ff. de ture fisci. r. l. i. de officio procuratoris cesariorum. Fallit in casibus bic notatis in versiculo quandoque. in quibus respublica aliarum ciuitatum quam romane est priuilegiata. vel quam priuatus: et idem in aliis viuieristis per principem approbat. ff. quod ciuitez yniuerstatis yni. quibus ibi ad exemplum respublice. r. l. Antiocheni. ff. de priuilegiis creditorum. Item sunt quedam ciuitates que vtuntur iure specialissimo et singulari ultra priuilegia alii cessa. et constantinopolitana que dicitur secunda Roma et Antiochena: alienis: alexandrina et beriton. In versiculo itez sunt.

Item sunt et alie ciuitates quibus Imperator concessit aliquod ius per priuilegium seu rescriptum ut circa testamenti factionem.

L. omnimodo. s. de inofficio testamento. l. et si non speciali. s. de te-

stantimentis. et circa fabricationem monete. ut dixi. s. de veteris num-

mil. potestate super rubrica. et circa concessionem meri et mortis Im-

peris factam quibusunque ciuitatibus Lombardie: ex pace con-

stantie ut not. glos. in vers. iurisdictione. in s. in auf. de defensori.

ciuitat. collatio. i. Et ergo conclusio quod ciuitates alie quam

Romana habent loco priuatorum. l. simile. ff. ad muri. cum aliis

et cor. in glos. alleg. fallit. in quibusdam que vtuntur iure speciali in

muliis casibus. et quedam iure specialissimo. et quedam imperiali

rescripto: ut patet ex predictis. et addere que dicti super rubrica. supra

de iure fisci.

Sententia lata 2tra ciuitatem indefensam est ipso iure nulla.

2. Quando quis agere vult contra ciuitatem sine rempublicam an sufficiat citare syndicum.

3. In capitalibus causis yniueristas per syndicum respondet.



Brid aduersus. Sententia lata contra ciuitatem indefensam est ipso iure nulla. hoc dicit. Et hoc habet locum etiam in aliis ciuitatibus quam romana. vt. s. in glo. rubrice. r. l. i. s. et 2cl. de quod sententia diffinitiva lata 2tra ciuitates in

defensam est ipso iure nulla. sed si est defensa valet. sed datur restitu-

tio. et idem est in minore. l. cum et minores. s. si adier. rem in. cui

respublica equiparatur. l. rempubl. j. et r. l. si rcpn. Sed interlocu-

toria de mittendo in possessionem ex priori decreto ut tam ciuita-

tem quam etra minorem in defensam. l. hoc aut. ff. ex glo. cau. in pos. ea.

Sed ex scd decreto est dixia qz etra pupilli indefensum est ipso iu-

re nullu. l. apud iulianu. ff. ex glo. cau. in pos. ea. Sed 2tra ciuitatem

indefensam pot interponi seconum decretum. l. j. s. quid. ff. qz ciuies

yniuer. Et sic in hoc respublica non est filii pupillo. ut dicit glo. in

d. s. pupillus. et est ro qz pupillus speratur effici maior ut contra euz

possit agi. sed non contra ciuitatem in. c. j. de in integ. restit. in. yj. et

vide glo. et Bartolum in. l. contra pupillu. ff. de re indicata.

2. Sed quero t quando quis agere vult contra ciuitatem sine rem

publicam an sufficiat citare syndicum. Sic quod non ut est glossa

notabilis in. l. non videtur dolo carere. ff. de regulis iuris. sed de-

bent citari illi per quos regitur et gubernatur yniueristas. vt. d. l.

et glo. municipibus. ff. de conditio. et demonstratio. et in. c. cum capi-

tulo. de conce. prebe. libro. yj. et per Innocentium in. c. humilis. de

maiori. et obediens. si tamen citetur syndicus et compareat et defen-

dat tenet sententia lata contrayniuerstatem defensam. sed restitu-

tur. s. eodem. l. rempublicam. Sed quid citatis administratoribus

bus comparuit syndicus cuz legitimis syndicatu et mandato. an in

aliis citationibus postea faciens debeat facere citari administratores vel syndicu. Sic quod sufficit citare syndicu quia ex quo

yniueristas citata misit syndicu videtur mediante eo yelle litiga-

re. l. j. s. vsus. ff. de procuratoribus. et sic in prima citatione debet ci-

tari dominus. et si comparet procurator: ipse postea citandus est. vt

not. glo. in. c. causam que. de dolo et contumacia. Et de hoc videli-

ter qualiter yniueristas vel collegium citetur. vide Bartolum in

extrauagati ad reprimendum. superverbio citatum. Et adde quod

3. Tertiam in capitalibus causis yniueristas per syndicum respondet

l. tam collatores. s. de re milita. lib. xii. et per Bartol. in dicta consti-

tu. in versi. vel legitime. Et not. hic Bartol. quod sicut creditor pu-

pilli potest petere a iudice ut det tutorum pupillo cum quo agat.

l. s. r. l. s.

l.ii.z.l. si quidam. ff. qui pe.tu. ita creditor vniuersitatis potest pester a iudice ut constituantur syndicus cum quo agat alias sibi imputer si nō petat. quia sententia lata contra ipsam vniuersitatez reipublice indefensam erit ipso iure nulla. vt hic cogitur enim vniuersitas officio iudicis constitueret syndicum. arg. l.iii. h. creditoribus. ff. de fideicommiss. liber. et per Baldam in. l. finali. ff. de testae mē. manu. In gl. si in verbo nihil. in. l. dic. et ita innuit hic gl. qd si curator reipublice ab initio internenit defendendo reipublicaz et postea defensat quod valeat sententia aduersus rem publicam latata licet restituti possit. tu dicimmo erit nulla ipsa iure nec erit necessaria restitutio ut innuit glo. in. l. si pres. S. quo. et quando index pro quo vide glo. Barto. in. l. cum z minores. S. si aduer. rem iudicatam. Et qualiter teneat quando interuenit prevaricatio. dixi in dicta. Lyrica. S. de sententias aduersus fiscum la. retrac. in glo. allega.

2. Limitas qd habet loco pueri an possit facere statutū qd habeat tacitam hypothecam et preferatur ceteris creditoribus.

Ala respublica. Relipublica alterius ciabet tacitam hypothecam nisi ex speciali priuilegio vel ex pacto. b. d. Licet ergo soluam ciuitati pro aliquo debitor suo que misbi cedat ius suum et sic succedo in eius iure. non propterea habeo tacitas hypothecā in eius bonis nisi ipsa ciuitas illam habuerit ex priuilegio vel pacto. in bonis autem administratis bene habet secundum glo. j. de debi. ciui. in. l. si. res autem publica romane ciuitatis sue fiscus imperialis bene habet in suo contractu tacitam hypothecam. l. h. S. in quib. cau. pi. ta. contrah. z. l. aufer. h. fiscus. de iure fici. Et similiter fiscus habet personale priuilegium ut primum ei satisfaciat de bonis debitoris quod priuilegium non habent aliae ciuitates ut not. glo. in. l. simile. ff. ad munici. et hic in gl. a. i. si. licet gl. contra et male in. l. bonis. h. i. ff. de priu. credi. nec obstat. j. de debi. ciui. l. si. versi. itaq. ut ibi not. Elle enī ciuitates habent loco priuatorum. et ideo nō habent tacitam by pothecam ut hic. z. l. eum qui rectigal. ff. de verbo. signi. z. d. l. simile. cum concor. ibi alleg. ff. ad municipales. z. S. cod. in rubri. nec habet ius constendi. l. i. S. de bo. vacan. et ibi dixi in rubrica. S. de iure fisci. Galli in pluribus ciuitatibus habentibus diversa priuilegia vt. S. dixi. Sed nunquid ciuitas que habent loco priuati possit facere statutū qd habeat tacitam hypothecam et preferat ceteris creditoribus. Dic qd sic faciendo legem generalem inter sibi subditos. non tamen in preiudicium certe psonae cui finis est ius questum. quia per statutū non potest tolli ius alteri lege antiochenium. cum sua gloria. ff. de priuileg. credi. alias posset priuare? de cuius preiudicio agitur appellare ab iniuitate talis statuti. l. qui grauatos. j. de censi. et per Bartolum in. l. omnes populi. ff. de iusticia et iure. in. v. questione principalis. Et hoc verum qd non potest auferre ius priuati nisi iusta causa suadēt. utputa propter quietem vel pacem populi ut nota. Innocen. in. c. in nostra. de iuris et dam. da. vel propter ornatum ciuitatis. j. eodem. l. si. et ibi etiam tangam. vel si esset ius a statuto concessus alii priuato: ita per contrarium statutū auferri potest: ut not. idem. Innocen. in. c. que in eccliarum. de consti. nisi transiisset in vim pacti quia tūc non posset auferri nec renocari ut not. Bart. in. d. l. omnes populi. in tertia questione principali. versi. et circa predicta obſicio vnam questionem. In tex. ibi proponit. subaudi et ius vobis cessum fuit a ciuitate ut in glo. Et sic no. qd sicut in priuato licet quis soluat pro alio creditore suo non propterea succedit in iure creditoris nisi sibi cedatur tempore solutionis: vel incontinenti post. l. modes tinus. ff. de solu. ita est etiam in ciuitate cui licet quis soluat pro aliquo debitore ipsius ciuitatis nō propterea succedit in ius ipso ciuitatis nisi sibi cedatur. l. iii. z. l. si. de priuile. fi. Fallit in tutori soluente pupillo pro contuore. qd habet virilem actiones sue cessionem contra contuorem. l. i. h. nunc tracteremus. ff. de tute. et ra. di. et idē in magistratu soluente pro collega. Lex facto. in. f. ff. de neg. ge. licet securus in fideiussore soluente pro confideiussore. l. fideiussor. ff. de fideiuss.

1. Respublica an fungatur vice minoris pupilli vel adulti.

2. Castra et ville an vtantur iure ciuitatum in restitutionibus.

3. Administrator nō potest alienare sine consensu curialium.

4. Administrator ecclie potest petere absq. speciali mandato restitutionem in integrum.

vbi super eadem materia sunt facte successivis temporibus diuerse le-
ges vel statuta et per fraudes et fictiones adhibitas in yna tollatur
et evanescit publicus et utilis et antiquus effectus alterius dñ illud
statutum per quod causat et frans comittit corrigi et remoueri quod
quis bona rōne conditū fuerit tñ experientia reddit inutile. vt in
aut. hec constitutio innovat constitutionē que prescriptionē centuz
an. vene. lo. dē. in prin. colla. vii. Tertio no. in versi. illos etiam
coniuncta glof. cum versi. illo videlicet quod officialis et rōne egreditu-
nis vel senectutis non potest altius loco sui subrogare. secus si superuen-
iat ei dignitas vel alius maius officium. vt. s. el. cōperimus. et s.
eo. versi. pter quod et versi. p. quā iubemus. seruando tñ solennitatem
d. l. compirimus. versi. illud etiā. Quarto no. in si. ibi nam si per
mutationem. optimis. ar. Em. Ang. si statutū dicit quod per nullū ca-
sum fortuiti possit numerus collegii permitari et p. vigore dicti sta-
tuti intelligit pbibita ne possit numerus dicti collegii angari. nā
ex quo est pbibita mutatio multomagis intelligit pbibita addi-
tio vt dicit hic ter. si. In ter. ibi: res agit. i. officium tractat. Item
ibi: peculo. i. illo viro verbo suo nobis suggestente. i. coram nobis a-
ranginge: et hoc postulante alis est in litera peculo viro. Item ibi:
minutionem. i. reductionem ad veterē numerū. D. y. Ita ibi: redicant
ex quo non licet sibi indistincte subrogare. Ite ibi addat. i. q. sit
ultra numerū p. dictu. D. y. In glof. pe. in versi. sanctiōis. ibi. arg-
eōtra. j. i. l. pe. h. f. Dic quod bic loqui quod iste qui erat intra numerū
subrogare volebat quod non cōcedit donec deuenienti sit ad numerū sūne
ibi autem erat iustus numerus: et ideo bis qui intra numerū sunt
subrogati conceditur. vel solue vt ibi.

C De agentibus in rebus.

Rubrica.

Contra agentes in rebus sunt prius legati ad similitudinem milis-
tantium in sacris scrinij, de quibus dictum est. sed. titu. prior. re. je. li. fu.
ideo post illos subiungit hic titu. Quod autem sit istorum officium. Dicit
hic glo. quod sunt illi quibus est inuncta cura faciedi yebere et condu-
cere de priuincias pecunias et alia lib*er*ta*m* procursum publicum
et preuidere circa cursum publicum ne quod auferat vel aliqua trans*c*o-
mittat: et spes cum namibus debito tpe defecit. sed. de curiosis. li. pro. et
de bis dicit glo. sed. de curiosis. li. ll. Ideo dic de ag*er*tibus. li. operantur
bus in rebus. sed. yeb*ed*is per priuincias. et isti erant plures dinisi pro-
uersos numeros. sed. co. li. mu. et quilibet numerus habebat suum preposi-
tum per magistrum officio preponendum et principem ordinandum. sed.
de off*ic*i*m*agi. off*ic*i*m*. in fi. Principes vero istorum agentium in rebus
sunt illi qui palmatum laborum et meriti per lapsum. xxi. annorum
postea per principem quieti traditi consecuti sunt. et de istis loquit*r*. li.
sed. re. in. et per totius. sed. de prin. ag*e*. in rebus. et sic h*m* aliquos sunt hic
tres tituli priimus de ag*er*tibus in rebus. scds est ante. li. ag*er*etes. yeb*ed*
aliqui habent rubricam de prepositis ag*e*. in reb. tertius est de prin.
ag*e*. in re. et ita videtur hic babuisse Bar. sive An. sed gl. magistra-
bic et cisterne o*ss* habent solum duas rubri. sed. de agen. in re. et de prencip*es*
ag*e*. in re. nam prepositi vocant*r* principes qui postea efficiunt*r* principes
assiduitate laborum longi terp*is*. li. ag*er*etes. sed. co. li. du. li. ju. teri. re. ju.
ru. sed. zer. sed. off*ic*i*m*agi. off*ic*i*m*. li. ver. pric*ip*at*u*s. et hoc voluit hic gl. et sunt
isti principes spectabiles. sed. tit. li. proconsularis. et leos qui.

Allus. Locum aliquius mortui ex agè
tibus in rebus non dñ alijs alius
de numero agentiis inuadere vel occupare sed in
eius locū debet p̄simior in ordine subrogari cui
laborum merita suffragātur. b.d. Mot ergo qđ q̄
mortuus de schola vel collegio in eius locū de-
bet succedere qui post eum erat in ordine matricule. s. eo. l. iij. ⁊ qui

erat dignus laborū merito. si autem aliquis precederet ordine epis et
alius meritis laborū tunc meritū laborum derogat ordinī epis. s.
ti. pioril. vincitque. versc. nisi forte. z. j. de tyro. l. f. z. in multis alijs
concor. hic in glo. allegatis. z. vix. s. de consuli. l. j.
¶ Qui probabiliter z virtuose viuit nullius iudicis timet seue-
ritatem.

Nullus iudex sine conscientia principis ab officio remonere a matricula eximere ideoque iudicis severitatem vel aliquius vilitatem timere non debet.b.
Distinguit enim qui a dignitate assumpta degradatur vt.5. de agri. et māl. iiii. de qua degradatione ita in.l.j.5. de his qui non imple. sti. scilicet nemo iudex potest sine licentia principis aliquem a curia remouere.l. nemo iudex.5. de decur. **E**t not. hic quod autoritas principis est necessaria in erautoriādo milite vel alium a sua dignitate tamē magister militi hoc potest.l.ii.5. ignominie. ff. de infra. et quandoque ipso iure. ppter delictū priuati. l.ii.5. de commēata. et bīc in glos. **I**tem not. hic quod qui probabiliter et virtuose viuit nullius iudicis timent severitatem vel aliquius vilitatem seu vilipendit ut antiquum puerbium. Lasta domina non timet camerariis audacem. ideo dicit Seneca. Nibil magis timidū facit animum quam reprobensibilis vite conscientia. Et accipit hic vilis quilibet qui non habet conscientiam principis. appellat enim vilis iudex. cum contra ei probibitum facit: et ideo ei tanq; vili et iniuste agere resisti potest.l. prohibitum.5. de iure sicut in Ind.
SQui eligitur ad matriculam vel officium publicum debet esse per principem approbatus.

Atriculam. In matricula agentium in rebus solis principes, xlviiij. contineantur: quorum si quis decesserit ante completum tempus salarium totius temporis ad heredem transfertur nullusque agens in rebus salarium percipere potest sine imperiali litera approbatoria in scriptis memorie registrata, b.d. Et sic habet tres partes. In prima ponit tres gradus agentium in rebus. Primus gradus est centenariorum, ceterarius enim vocatur princeps qui habet ducentios, i. ducentos viros sub se et dicitur ducentarius qui preest ducentis ut dicit gloss. in l. prima, infra de lucris adiud. Secundus gradus est biarcorum. Biarus est princeps habens sub se ducentos quinquaginta viros. Tertius gradus est circitorum. Circitor enim habet sub se trecentos viros et equites quadrungentos quinquaginta. Sunt etiam tres alii gradus principis seu prepositorum agentium in rebus, j. eo. Agentes. Ex istis vero numeris seu gradibus debent singulis annis et singulis matriculis eligi solum, xlviij. principes ut hic in gl. iij. s.m. quod in matricula scripti sunt: alias due partes sunt clare scda ibi: isti internum, tercia ibi: nemo autem. Nota ex secunda parte quod officiali decedente ante completum officium successores eius ex testamento vel ab intestato debet habere salarium totius temporis pro compensatione, luctus mortis defuncti ut hic. et in concor. hic in glos. allegatis in versu dispensant. et quandoque plus habet heres quam habuisset defunctus. l. s. et ibi dixi. s. de domine, et protec. Secundo nota quod ybi certi heres officiales debet habere salarium totius temporis nunquam in locum officiales mortui debet aliquis subrogari sed locus viros ad finem temporis debet esse vacans saepe heredum: ne si aliis eligeretur res publica duobus salariis granaretur ut hic in glos. in versu, vacare. Tertio no. ex tercia parte, quod nullus qui non reperiatur descriptus in matricula registrata in libris officialibus positis in archivio publico debet habere salarium. et sic non hic modum probandi quem est se vel non esse officiale videlicet per inspectionem matricule seu libri in quo registrati sunt omnes officiales, et hoc etiam modo probatur negativa quod scholaris non sit in matricula vel instrumentum non sit registratum vel quod non sit soluta gabella. et hoc probare spectat ad eum qui in hoc fundat intentionem suam, de quo y Bart. in l. s. s. si cer. peta. et plenus in l. illa. ff. de verbo obli. Quarto no. hic quod qui eligitur ad militiis vel officium publicum debet esse per principem approbatum: de cuius approbatione debet apparet re scriptura publica in libris publicis registrata ut hic et lege probatoria, j. de diuer. offici. facit. Lynica. s. de manda. princi. non tam in omnibus officialibus requirit approbatoria manu principis subscripta sed in notatis in l. penul. j. de diuer. offici. In tex. ibi ducentarii, i. officiales qui prestant ducentis. Di. et hic in glo. iij. Item ibi: singulis annis. Item ibi solatij et commodis que ad premortuum exercitus debebant. Item probatoria, id est litera imperiali que eius approbationem continet et hic c. j. de re mil. penul. Item ibi: codicis, i. libri registrati.

- 1 **L**ui prouidetur in causis ciuilibus multomagis intelligitur promissum in criminalibus in quibus vertitur maius preiudicium.
- 2 **N**ō solum magister officiorū cognoscit in ciuili et criminali inter agentes in rebus sed etiā ille cui committit vices suas.
- 3 **S**i rei committit unam causam senescallo an locameniens constitutus ab ipso senescallo poterit cognoscere.

Eo. **C**ucenarii vel centenarii in urbe existentes coram also q̄ coram magistro officiorum tam in civili q̄ in criminali quo prinelegium nō utrum deposito officio vel in prouincia existentes nisi sint ibi publice sollicitudinis causa. b. d. **S**unt enim diversi numeri agentium in rebus: q̄ aliqui vocantur centenarii; aliqui ducenarii; aliqui biarchi; et aliqui circatores de quibus. s.l. pxi. et oēs habent prinelegia fori dum sunt in urbe romana vel constantinopolitana. sed dum sunt extra officium vel in prouincia tenentur respondere coras communis iudice nisi sint in prouincia causa aliquius publice sollicitudinis. Et est hic casus q̄ Angelum q̄ si statutum simpliciter dicat q̄ scholaris non possit conueniri coram alio iudice q̄ coram rectore: intelligitur donec est in villa ciuitate in qua degit ad studium. sed si extra ciuitatem degat poterit coram quocunq; iudice communis conueniri: nisi sit ibi causa sollicitandi pecunias vel alias res reuersuras incontinenti ad stude- dium ut hic et l.i. sacris. la. n.s. de pri. sacro. scri. et ibi dixi. Item not. hic in vers. qd multomagis. q̄ scilicet prouidentur in causa ciui- libus male omagis intelligitur prouisum in criminalibus in quis bus vertitur matius pietudinū. l.i. in seruori. in fine. ff. de penis. et p. consequens magis prouidentia. l.i. q. sed eti⁹ quis. ff. de car. edic. et qui nō potest cognoscere de ciuili multomin⁹ de criminali ut hic facit. l.i. qui indignus. ff. de sena. **C**ontra quod opponit hic glo. in vers. abfurduz. de l. solemnis. q. latricator. ff. de iudi. vbi quis cognoscit de criminali et nō potest cognoscere de ciuili glo. nō sol- uit. **D**ic q̄ ibi specialis dabatur iurisdictio super delictis latronum: et ideo non extenditur ad causas ciuiles cum sint separate iurisdi- ctiones et ne dno gerat officia. s.tit. pxi. l.bac parte. facit. l.diligē- ter. ff. mā. hic autem est ordinarius cui si permittitur iure ordinari cognitioni meri imperii multomagis iurisdictio simplex super cau- sis pecuniariorum in regu. iur. cui licet. l.i. et eodem modo nō ob. s. de priu. scbo. l.i. et ibi not. et ibi dicā. **I**n tert. ibi cui ipse cōcesserit l. vices suas. no. q̄ nō solum magister officiorū cognoscit in ciuili et criminali inter agentes in rebus sed etiam ille cui commitit vi- ces suas. **S**ed quoniam merum imperium potest delegari. ff. de officiis. eius cui man. est iuris. l.i. et qd no. s. de officiis eius qui vicē ali- ciuitus iudicis obtinet. l.i. **D**icit aliqui speciale in causa isto sicut in legato proconsulis. l.i. foli. ff. de offi. procon. Hic dicunt quod si- ne causa nō potest ut ibi sed cum causa sic ut hic. Alii dicunt quod vnam specialem causaz nō potest ut ibi sed generaliter cōmittēdo vices suas sic ut hic et argum. l.i. in ff. quis et a quo appell. Et hoc idem est de iure canonico vbi fit delegatio omnium curarum in ge- nere in. c. sententiā sanguinis. et ibi glo. extra. ne cleri. vel mona- vide de hoc p. Bart. in. d. l.i. ff. de offi. eius. cui mā. est iuris. **S**ed quid si rex cōmittit vnam causam senescallo an locumtenens co- stitutus ab ipso. senescallo poterit cognoscere. et videtur q̄ sic argu- men. huius. l.i. in. q. illud. in anten. de administrato. col. vij. t. l. me- minisse. veri. cum it idem unus proconsulatus. ff. de offi. pxi. t. d. l.i. veri. huius rei. ff. de officiis eius cui mā. est iuris. **T**ecum hec cā fuit com- missaria officio solū expriſſum ergo locumtenens cui officium totius est commissum poterit de hac cā tanq; sequela cognoscere in c. qm ab- bas. de offi. deleg. et argu. l. testatrix. q. s. ff. si ser. ven. Item si aliud diceremus appareret causaz esse sine iudice in absentia senescalli. p. d. q. illud. de administrata. **L**otrarium determinant doct. q̄ si rex nouisset hoc expriſſum in sua comissione. in. q. s. autem ad defici- entis. s. de cadu. tollen. **I**tem q̄ a forma reſcripti nō est receden- dum. l. constitutionibus. ff. ad muni. **I**tem q̄ sub generali iurisdi- ctione demodata nō veniunt talia specialem specialem commissionē exigitia: dicta. l.i. in princi. ff. de officiis eius cui man. est iuris. et qd not. in glo. in. d. l.i. s. de officiis eius qui vicem. nec obstat q̄ est facta cōmissio officio senescalli que trādit ad successorem: dicto. c. qm ab- bas. quia debet intelligi de successore habente officium nomine p- pio nō alieno ut est locutus argu. s. de excu. tul. marinarum. in. s. qd not. Bar. in. l.i. q. in ff. de iuris. om. iudi. **I**n tert. ibi: subarrabi etiam. subarrabi sunt quidam sic vocati nō nō appell latiū nō proprio inter agentes in rebus: ut in glo. ad quos exten- dit etiam hoc prinelegium ut solum coram magistro officiorū con- ueniant si tamen inter cēnarios vel similes principes numerē- tur ut dicit gl. s. titu. pxi. l.bac lege. Et si nō. q̄ ybīcūq; quis re- tinet prinelegia dignitatis post depositum officium. d.l. bac lege. et l. quisquis. et ibi dicit. s. de prefec. preto. hoc est verū tñ si remaneat connumeratus inter gradus nobilium et in dignitate positiorum inter quos prius numerabatur vel similes principes ut hic coniu- et glo. j. eol. bac lege. in vers. imparita. in s.

rum in scriniss primiceriorum & tricicerorum in auxilium eorum debent esse contenti emolumento & salario in eodem officio eis statuto: qui autem impeditur morbo: imperitis: vel senio predictum officium prepositorum seu principis in rebus agentium possunt per substitutis idoneum & substituentis periculo exercere. hoc dicit tota lex.

CEt habet tria dicta. In primo statuit quod agentes in rebus qui gradatim solent eligi ut siant principes agentium in rebus: elegantur solum per annum in unoquoque scribitio ad solicitudinem et dignitatem et gradum fabricarum barbarorum et subbarbarorum: als subbarbarorum. Erant enim isti gradus et numeri principis seu prepositorum in rebus agentium. dicit tamen glosa in versi. subbarbarorum. quod isti erant prepositi aliorum minores tamen principibus. et ideo aliqui habent ante banc. rubricam de prepositis agentium in rebus de quo diri sunt in rubrica. Sunt etiam alii tres gradus principum agentium in rebus de quibus sunt eo loco matriculam. **C**In secundo dicto ibi exceptis videlicet excipi tria genera personarum. mercatores qui ad militiam aspirare non debent. j. ncg. ne milit. l. lynica. et procuratores alienarum possessionum qui similiter ad militiam aspirare non possunt ut hic in globo in versic. militare. et l. milites. et l. f. s. loca. et chartarii tractatores et coadiutores inserbitio primicerii et tricicerii: qui quis sunt etiam sociati scolae agentium in rebus non possunt esse principes agentium in rebus cum duplice non possint servire officio: ideo solum salarium primicerius et tricicerius habebunt: de quo officio dictum est. s. de primice. in rub. **C**In tertio dicto ibi: quod si morbo prouident impeditis exercere supradicta officia et dignitates barbarorum fabricarum et subaditorum ut vacante servantur per substitutum: vel etiam potest intelligi de chartariis quod infra dicitur chartularium.

Pot. ex princ. ibi per ordinem q̄ f̄ dignitates & honores gradatim sunt conferendi ut hic. e. l. vnicuiq;. s. de priori. sacro. scri. r. l. ff. s. vt dig. ord. serue. & ibi viri. & l. bono. g. gerendou. s. de munere et bono. l. eos. l. tit. j. s. de officiis. magi. offi. nisi in subsidio. d. l. bono. g. sal. t. nisi assiduitas laborum faciat aliquem antecire ut hic in versi. eos. & d. l. vnicuiq;. versi. nisi forte.

CSecundo no. ibi testimonio comprobant. q[uod] ad probandum et inuestigandum de fama et conditione persone aliquius d[icitur] inquiritur a collegis sue scolae et ab aliis inter quos natus et conuersatus est variabile. et c. positi. et c. scriptum est. de elect. et in ant. de mona. s. si vero est quidem colla. i. literari et scientia; morum honestas; vite virtus et fama per longa a quibusdam ex sociis qui eum in scolais cognoverunt multipliciter approbata inducunt ad dispensandum ad dignitatem cum eo qui als non admittunt. vt in c. innotuit. de elec. facit. i. t. i. l. iii. et quod infra dicunt in quarto notabilis. et sic hoc facit. admittitur domesticum testimonium. l. consensu. s. servis. s. de re pudi. et c. veniens. in s. de testi. z. l. vltima. s. ad l. cornel. de sica. licet regulariter sit reprobatum. letiam. s. de testi.

Certio nota ibi:z duob^o officiis. q̄ quis simul z eodem tempore non potest fungi dupli officio. s. inter sacros scribentios sine memoriales z inter agentes in rebus sed debet esse altero z eius emolumento z salario contentus ut hic. t.z.l.hac parte. s.t.i.z hoc quāsumum ad gestione sed vnum cum administratione z aliud vacans sine honorariorum bene potest habere. s. de primice. l.j.s. de digni. l.iij. z ibi plene diri. Et nota quod dictio preter:ponit hic inclusione sic. s.e. lex eo. z. s. de postu. l.i. q. si. z. s. de procu. l. sed rde. q. preter. z l. pomponius. q. sed si. z. s. de pig. act. l.j. in s. i. s. de sacrosan. ecc. l. placet. z. s. de annuis lega. l. seia. q. vroxi. z. s. de auro z argen. leg. l.j. s. item si due. Quandoq; vero ponitur exclusive. s. de penu leg. l. nam quod liquide. q. si cui penus. z. t. s. de tritic. l.j. z. t. s. si quis cau. l. si quis seruum. s. de legat. j. l. titie tertiore. z. l. si ita legatum. In quo conclude quod aut dictio preter:sequit signum vniuersale precedens aut sequitur particularē. si vniuersale. tunc s. est affirmatiuum dictio preter excludit. vt dicto. q. si cui. z aliae iuribus. s. secundo allega. si negatiuum tunc dictio preter:includit. dicta. l. placet. s. de sacrosanc. eccl. cum alijs iuribus allegatis. Secundo vero casu quando sequitur signum particularē tunc si. id quod sequit dictionem exceptiūam preter:est diversa res a prima. vt lego titio cētum preter annum redditum quem viuus prestabam: t. ponit inclusive:dicta. l.j. in fine. s. de pigno. actio. z. d. l. feio. q. vroxi. de annu. legat. si vero est eadem res que contineat sub prima z de eadem materia vt lego penum preter vinum. vel oppono alias exceptiōes preter istam:z tūc ponitur exclusive. d. l. nam quod liquide. q. si cui penus. de penu lega. z. d. l. si quis seruum. s. si quis cau. s. m. de baru. de quo vide per Bar. in d. q. vroxi. z latins per eum z p. alias verba in. l. si eum. q. qui iniuriarum. s. si quis cau. per Salyc. ple- nissime in. l. actione. s. de transact. **Quarto no.** ibi consideratis precedentibus corū laboribus. q̄ in dignitatibus concedētis precedētia merita sunt consideranda. precedens ergo vita laudabilis meritorum est iusta causa dignitatis tribuēnde. z qd in administratiōe possit per substitutū deseruire ut hic. x. t. s. t. j. l. vnicuique versic. nisi forte. Sic etiā p̄det tutori precedens vita laudabilis ac fariſationem non prestatuā. s. de legi. tut. l. legitimos. z. s. de test.

Ioannes de Platea super duodecimo libro.

ta. l. test. r. qd. s. dixi in notabili. et ideo dicit hic glos. si. qd. prodest hancen suis bonum. v. l. i. h. s. il. p. r. l. non oes. s. a. barbaris. ss. de re milit. C Quinto no. ibi per substitutum. qd quis pot per substitutum administrare officium publicum. ut hic. r. s. de episc. r. cleri. l. quisquis. r. Lad similitudinem. r. s. de admi. tu. l. decreto. r. s. ad mutu. l. quid ergo. r. de officio deleg. c. vlt. r. hic substitutus debet substitui pericolo ipsius substitutus ut hic in s. r. debet esse eiusdem professionis sine artis ut hic in verbi chartularium. r. debet esse idoneas scientia moribus. r. peritia. ut hic dicit text. nec enim sufficit scientia nisi adit artis peritia ut hic. r. l. j. s. de decre. ab ordi. fa. r. s. de nono co. confit. l. j. versi. cum sit necessarium. r. de hoc dixi plene in. l. nullus qui nru. s. de decu. C In ter. ibi. per annum. not. qd officium principum in rebus durat anno ut hic. r. l. matriculam. s. codem. sed auctor agentium pot dare ultra. xv. annos. s. titu. l. ex agentibus. versi. at si quis. C Item ibi chartarum. nam circa chartas eorum vertebar officium. erant enim chartulari scriptores qui non scribant nec notarii nec presunt scribens et dicit glos. s. de numeraribus. l. nulli scribant. C Item ibi. principatus etiam solatio. forte debet exponi. primiceriat. vel. l. principalis offici. se. prout ut dicit Angelus.

Acc saluberrima. C Agentes in rebus et eorum servi yrones et liberi sive agat per se vel per procuratores eorum sive conueniantur habent circa solvandas portulas priuilegiorum quod habent in sacris scriptis militates nec cogunt dare fideiussores extraneos de iudicio sibi sed fideiussor de suo numero in rebus agentes et per hoc priuilegium non derogat alii priuilegios eis concessis. hoc dicit. Et habet quinqz partes. Primo equiparat agentes in rebus scribariis de quibus dictum est. s. titu. l. i. in sacris. la. grande. in priuilegio concessio circa minores portulas in iudicio solvandas qd solvant alii et in priuilegio satisfactione de iudicio sibi. secundo ibi tamen. confirmat alia priuilegia agentibus in rebus concessio tertio ibi. similiter extendit hic priuilegia ad yrones filios et familiares eorum. quarto ibi. ita ut in priuincias declarat hoc beneficium in priuincias durare ut minus soluant qd in verbisqz tertiam partem tantum sicut scribari solvant coram arbitrio vel iudice delegato. vt. l. in sacris. y. t. si apud arbitrii. tertiam partem solidi. r. t. licet secus sit in beneficio fortis quod non durat in priuincias. s. eodem. l. ex eo. quinto ibi. in denariis. imponit penam violatoribus binius. l. C Nota primo ibi. fideiussores idonei de eadem schola. qd licet non videatur dare fideiussorem idoneum quidat fideiussorem priuilegiatus. l. de die. s. qui malierem. s. qui satid are cogant. r. l. s. ff. si quis in ius voc. Hoc tamen fallit in agentibus in rebus et in scribariis qui poterunt dare priuilegios scilicet unum de suo numero qui habet priuilegium ut solum coram suo speciali in iudice agat et conueniatur scilicet coram magistro officiorum. s. eodem. l. ex eo. r. d. l. in sacris. r. ibi dixi. et sic videtur hic argumentum expressum quod scholaris studens matricularus conuentus vel accusatus non cogitur dare extraneos fideiussores: sed sufficiere alios scholaris pro fideiussoribus: ut hic. r. d. l. in sacris. r. s. de episcop. r. cler. l. omnes. s. preterea. r. s. de priuileg. scholari. l. i. s. que lez distinguunt ciuitates et criminales causas. vt. j. de castris. l. s. et hoc tenet Iaco. de belui. in auten. de exhiben. reis. s. suscep. colla. v. ad similitudinem clericorum per dictam. l. omnes. s. preterea. et fauore publice veletatis ex studio insurgentis. argumentum. s. de stu. liberali. l. ynicia. et in primum digestorum. s. illud. glos. tamen ordinaria tenet oppositum in. d. s. ilcepto. C Secundo nota hic in versi. ita tamen. coniuncta glos. in verbo conuertere. qd eam datur priuilegiato non inducitur correctio sed cumulatio priuilegiorum. nunqz enim per successionem primi priuilegii intelliguntur sublata alia priuilegia eidem indulta; quia inductum in fauorem r. et hic. r. l. quod fauore. s. de legi. r. liberalitas principis debet trahi ad augmentum et non ad diminutionem aliarum dignitatum. Si ergo statutum dicit quod scholaris tractentur et ciues non propterea tollantur eis alia priuilegia que habent ultra ciues. argumentum huius. l. r. d. l. in sacris. s. titu. j. r. s. de silen. l. de curionibus. r. s. de primicerio. l. j. r. s. de dignitatibus. l. i. s. de quo per Bartol. l. necenim. s. et emancipatis. s. de bono. posselli. contratabil. C In ter. ibi clarissimi principibus. idest in dignitate clara constitutis scilicet spectabilis. j. titu. j. l. proconsularis. r. l. eos. et ea exponit. j. glos. j. titu. j. l. s.

C De principibus agentibus in rebus. Rubrica.

C Supradicte de agentibus in rebus in genere: nunc vero dicit in specie de ipsis principibus. et dic ut dixi super rubrica. s. titu. lo proximo.

1. Remunerandas est labor et sudor cuiusque virtuose operantis.
2. Una persona priuilegiata respectu fori propter aliam non priuilegiata non debet in iudicium vocari.

Gentes. C landabiliter finito officio in rebus iste creator princeps agentius cum priuatas functiones nisi de principis conscientia nec vocari pot coram aliquo iudice nisi coram principiis nec potest aliquis patronus seu adiutorius contra eum aliquid postulare principi ignorante pena decem libratum auri intellectus. Prima qd loquatur in principe seu in imperatore: video licet qd postquam agens in rebus complevit officium suum laudabiliter eius labor remuneratur multipliciter: quia efficitur princeps agentium nec potest vocari ad functiones seu munera publica vel priuata sine conscientia principis id est imperatoris nec personaliter detinerti vel vocari nisi coram si in loco ubi dicitur vel habitat conueniatur. nec etiam potest aliquis adiutorius sine conscientia imperatoris contra eum postulare. Secunda lectura est ut loquatur de ipso principe agentiis in rebus ut postquam complevit officium creetur princeps in rebus agentiis sui numeri seu ordinis. Item habet priuilegium seu autoritatem ut nullus de suo ordine possit vocari ad publicas vel priuatas necessitates sine sua licentia. Itē qd nullus de suo ordine possit citari realiter vel personaliter coram alio iudice qd coram eo. Item qd nullus adiutorius potest postula re contra aliquem de suo ordine sine conscientia ipsius principis agentium in rebus. Mo. ergo qd agentes in rebus non possunt eum nisi graui vel contra eos postulari: nisi coram principe numeri sui et eius permissione. ut hic. r. s. titu. l. i. agentes. s. exceptis. r. s. de prox. sacro. scri. l. vni cinqz. versi. nisi forte. et ad honoris augmentum non ambitione sed labore virtuozitate conuenit dentire. dicit terp. in. l. contra publicam. j. de re milita. r. s. de offi. magi. offi. l. i. r. s. de tyro. l. fina. cum concor. ibi allega. qui enim suffragio dignitates acquirit ex usu rationem a publicis munieribus perdit. l. vniuersi. et ibi dixi. s. de lega. r. l. j. s. de pisto. C Tertio. not. ibi palmam laboris emeriti remuneramus. qd remuneradus est labor et sudor cuiusque virtuose operantis et in republica avulsi afferentis. datur enim ei palma laboris emeriti: sicut palmarium. i. salarium pro victoria causa datum adiutorio. et dicit hic glo. j. r. l. r. vt virtutum. s. de sta. r. i. m. r. s. de profs. l. medicos. l. s. r. j. de dixer. offi. l. i. l. s. r. l. ad spaldidioris. r. j. de appari. p. p. p. i. l. coniculari. ibi pro multis erga re publicam sudoribus r. s. r. j. de castren. l. i. r. j. de dixer. offici. lege p. ma. Nec enim debet esse labor sine premio. in autem de iudicibus. s. ne antem labor. col. vi. r. in canone. xii. q. n. dicitur. in. c. charitatem. instum natus est ut illi consequantur stipendiis qui pro tempore sibi reperiuntur comodare obsequium. C Quarto not. ibi nec sub viuis persona. qd non debet una persona priuilegiata respectu fori propter aliam non priuilegiatam in iudicium evocari ne fraude committatur ut hic. r. s. titu. l. l. certe. c. s. qd metus caus. l. s. per impressionem. cum simi. C Sed quero pone qd quisdam impetravit rescriptum a principe contra quatuor et vinente principem suum citari fecit vigore rescripti: postea mortuo principe vult facere alios citari vigore eiusdem rescripti: queritur nunc an possit hoc facere? et videtur qd non. argumē. s. titu. prox. l. ex eo. versi. ut tamen. inuncta. l. fin. cod. titu. C In oppositum videtur qd et qd inchoauit contra viuum et per consequens contra alios argumen. s. de diner. re. l. j. sed dic quod si omnes issi quatuor tenebantur ad eadem causam tunc poterit alios conuenire propter conexitatem secus si penitus ex diversis causis. argumento. l. j. s. s. supra si vius ex pluri. ap. r. ff. de appell. l. s. qui separatis. s. i. et argumentum optimum. s. de duo. re. l. fina. r. s. de libe. leg. l. s. qui decedens. s. nūc de effectu. et addere in. c. p. r. s. i. quod ibi per Jo. and. de offi. delega. In textu ibi officiales. l. apparidores sive citatores. vel dic officiales ad munera publica propter necessitates imponendas. Itē ibi quam priuatas. id est sive fiat accusatio in causa publica sive priuata. Item ibi exhibito personarum. i. citatio realis. Itē ibi intercessio. i. preceptio. Ibi offici. id est officialis. Ibi. sicut imparti in locis degentis id est citati ut in glossa. Et qua nota qd licet alii quis sortiatur forum ratione habitacionis et domicilii. l. ciues. s. de incolis. l. l. heres absens. s. proinde. ff. de iudi. hoc est verum nisi habeat in alio loco speciale iudicem coram quo conueniri debeat: qd tunc potest trahi extra suum domicilium ut hac glo. in versiculo personarum. coniuncta textui. r. l. in sacris. la. s. s. de proximis sacro. scri. et ibi dixi.

Onus citatoria oīm. C Agentes in rebus etiam si honoraria dignitate senatoria fulgeant sunt coram principiis conueniendi. ceteri ante actus legitimis senatores expediri consueti coram alio iudice: coram illo iudice sunt expediendi

sunt expediendi nullo rescripto tanq; surreptitio in contrarium impetrato: aliquod preindictum dictis agentibus vel principibus aferente. b.o. Quod ergo dicit q; nullam precepit potest fieri senatoz nisi a principe. l. nemo. ver. si quid enim. s. de dig. verum est in simplici senatoriū actus administratione. secus si honoraria dignitate senatoria preditus assumat officium agentium in rebus: q; eunc coram eorum principe cōnenintur ab eo mandata suscipiunt per hoc tamen non preindicab; actibus quos ipsi senatores facere consueverunt coram alio iudice ut est insinuatio que cōsuevit fieri coram magistro censas: et idem de aliis iudicibus qui sicut coram cōsuetis iudicibus et non coram eorum principe. licet ergo alicutis agnitus specialis index in omnibus suis causis nō propterea preindicatur aliis iudicibus in causis et actibus eis specialiter commissis quin coram illis iudicibus valeant conueniri: facit quod dicit in l. in sacris. la tertia. versic. modum. in quarto notabili. s. de pri. sacro. scriniorum.

Roconsularis. Principes agentium in rebus dignitate p̄cōsulari decorant. b.o. Cum ergo habeant dignitatē p̄cōsularium ergo sunt spectabiles sicut p̄consules ut dicit gl. et dixi de comi. rei mili. l.j. r. j. eo. I. eos. et ibi glos.

Qui fuit familiaris et consiliarius unius officialis potest continuare et esse cum alio officiali successore.

E agentibus. Principes agentium in rebus possunt habere domesticos quorum fides et industria etiam aliis in eodem officio fuerit comprobata: etiam si q; agēt in reb. vscq; ad p̄x. annum seruens et vterius vscq; ad finem militie morbo impenitus seruire non valens: n̄ib; solimnem gaudet honoraria dignitate priuilegiis quibus gaudent illi qui vscq; ad finē militie seruerint: licet posteriores tempore fuerint: pena. xx. libarri officialibus contra predicta facientibus imminentib; b.o. Et sunt quatuor partes. Primo permittit princeps secum in officio habere domesticos. Secundo ibi: si quis. prouidet morbo vel alii iusta causa impeditis qui militie tempus completere nequaerunt ut consequantur honorariam dignitatem sine administratione et priuilegia eorum qui administrando tempus militis compleuerint. Tercio ibi sed in salutationibus declarat eos qui compleuerint postiores preferri illis honorariis. Quarto ibi. n̄ib; imponit penam officialibus contra priuilegia facientibus predictorum agentium qui habent bonoariam principatus dignitatē et habent perinde ac si ministrando totum tps militis compleuerint. At ex principio q; licet regulariter non licet predictis et aliis officialibus et iudicibus tenere fecū in officio domesticos et cōsanguineos suos vt. l. nullus. s. de assessoribus. Hoc tamē fallit in principibus agentium qui possunt tenere domesticos quorum fidem et industria p̄bauerint: etiā si alias in eodem officio fuerit ut hic dicit. Et sic patet q; ppter fidem et industriam q; recipitur ad officium qui als non recipere ut hic. r. s. t. l. agentes. in fine. Item patet q; licet decuriones et alijs principales officiales non possunt continuare officia. vt. s. de munieribus et honoribus non cōti. l.j. hoc tamē fallit in officialibus assessoribus et nō principalibus ut sunt domestici principiū agentium ut hic. et cōsiliarii. vt. l. liqueat. s. de assessoribus. qui possunt continuare si sunt approbatē fidei et industrie. Ex quo infertur q; qui fuit famulus et consiliarius unius officia lis potest continuare et esse cum alio officiali successore si eius fides et industria est approbata. vt. not. hic. r. l. liqueat. secus tamen videatur in apparitoribus seu executoribus. l. nullus apparitor. in p̄cip. s. de diuer. offici. et ibi dicam. r. l. fine. in fi. s. de executo. et exacto.

Secundo not. ex verbo et si quis. q; morbo impeditus completere officium quod tamē exercuit. p̄x. annis propter qd consecutus est honorariam ex principe. a. principatus dignitatem: gaudet eiusdem priuilegiis quibus gaudent hi qui actualiter compleuerunt et principatum consecuti sunt ut hic dicit. secus si non fuerint consecutus honorariam dignitatem qd non gaudent priuilegiis quibus gaudent qui compleuerunt vel si gaudent non gaudent in perpetuum sed ad tempus. l. n̄. s. de his qui non imple. stipe. que est contra. et attende quia testimonio schole debet probari idoneitas voluntatis impetrare principatus honorariam dignitatem. vt hic. r. l. vnt enique. versicu. n̄i forte. s. de prox. sacro. scribi. et ibi dixi quod facit ut scholaribus credatur de scientia. doctoris secundum Anto. Tertio nota ex verbu. sed in salutationibus. p̄ actum. admisstrantes et officio deservientes qui illud cōpleruntur preferuntur bonoariis licet prioribus qui ex causaria missione non compleuerunt in salutationibus iudicium et in consensibus adhibendis in electionibus et consiliis et sententiis ferendis ut hic. r. s. de p̄po. sacri cubicul. l.j. ibi: et in consensu. r. l. n̄. s. de prox. sacro. scribiorum. ibi: in consensu. et ibi gl. alijs prelationibus de quibus dixi in l. n̄. s. de p̄fec. p̄to.

OS QUIL. Qui per annum ducentarius existit. ppter quod factus est princeps agentium in rebus: aut fuerit adiutor magistri officiorum inter bo-

noratos numerat et dignitatem vicariam consequitur. b.d. Et sic patet q; princeps agentium in rebus est spectabilis sicut est proconsul. s.eo. l.p̄d consularis. et sic est vicarius ut hic in glos. et s. de comit. et archib. l.vnica. et de comi. qui prouin. rel. vntica. et sic princeps agentium potest appellari vicarius et adiutor. Item de istis ducentariis qui sunt in certo gradu dignitatis dixi. s. titu. j.l. matriculam. Et nota q; adiutores et magistri officiorum sunt spectabiles ut hic. qui magister est super istos principes agentium in rebus ut hic in glos. et est illustris no. glos. s. de silen. r. j. de decanis. leg. secunda.

Principes. Postq; quis ex agentibus in rebus per multos labores et sua pericula factus est princeps agentium consequit etiam comitiam dignitatem primi ordinis. b.d. Est ergo p̄ncipes et comes. et intellige de comite qui spectabilis est ut. l.vnica. s. de comi. qui prouin. re. quam. l. glos. hic vult allegare dum allegat de officio eins qui prouin. re. Et no. hic comuncta glos. q; qui sensu se supponit periculis dicit sue ulte renunciare. ille enim non dicit magnanimus sed temerarius fm Seneca in libro de quatuor virtutibus cardinalibus.

Cicunq; filius p̄creatus ex coartali mī principatum agentium adipiscatur remanet alligatus coartali conditioni: licet pater per adoptionem principatus liberetur a coartali conditione. si vero est editus post adoptionē p̄ncipiat r. vterq; ta p̄ q; fili a coartali cōditio liberat. b. d. Et erant coartales qui erant coartati et astricti perpetuo ad certum officium curie ut dicit glos. in rubr. j. de coarta. l. n̄. s. vbi q; decu. vel coart. vt emendi chartas et pingulares pro actis et scripturis curie. l. cicunq; j. de coarta. et isti et eorum filii erat adeo curie obligati vt nec illa prescriptione. xxx. vel. xl. annorum libenter. l. si coartalis. j. de coarta. vel n̄i suerint adiuti dignitatem principatus agentium in rebus vel aliam ex dignitatibus quel liberant patrem et etiam filium post dignitatem suceptam a curiali fortuna. l. s. de decu. Et sic patet qd non dicit filius principis qui ante dignitatem creatus est secus si post sicut de filio regis et decuriōis dicitur. vt in l. cum adoptiūm. s. de decu.

1. Plus solvitur in vbe q; in prouincia: et plus coram maiori iudice q; coram minori.
2. In iudicio qn̄ est contentio de fideiūsso dando an sit idoneus vel non hoc debet decidere arbitrio iudicantis.
3. In criminali etiam solvuntur spoule sicut in civili.
4. Duo codem contractu sine facto potest notarius recipere duplice solutionem.
5. Non solum arbitrio sed etiam iudice indicare compellenti debent spoule.

Altis. Principes agentium in rebus ppter eorum dignitatem sunt p̄uilegiati ipsi: vrore: liberi: coloni tam agentes p se vel per procuratores q; connenti coram iudice vel arbitrio: circa minores spoulas soluendas et fideiūsso de iudicio sicut prestandos: et ve in scriptis conueniant iuxta formam bac. l. traditam. b.d. in genere. Sic etiam p̄uilegiati illustres circa dationem fideiūsso de iudicio sicut non prestandam et stetur sue iuratoe cautione: et ut non conueniant sine scriptis. l. quoties. s. de digni. sic etiam est p̄uilegiatus comes consistori. circa solutionem spoularū et oia alia que hic dicunt. l. n̄. s. de comi. consisto. sic etiam be eadem p̄uilegia et plenoria dant militariis in sacris scrinij. l. in sacris. la grande. s. de pri. sacro. scri. sic etiam dant alijs agentibus in reb. non solum eorum principibus. s. t. j. l. f. Et huc lex bz quinq; partes sue dicta. Primo declarat solutiones spoula si fiscalium seu fisco soluendarū in iudicio majoris iudicis ut illustris vel spectabilis. vt no. glos. in versi. maior. in. d. l. in sacris. vt soluatur in vbe executoribus fisci etiā solidus sine aureus. et in prouincia in iudicio presidis vel alienis vicarii soluatur tercia pars solidi in fiscu. Et sic patet qd p̄ solvitur in vbe q; in prouincia: et plus coram maiori iudice q; coram minori ut hic. r. d. l. in sacris. Secundo ibi: nullas. prouidet circa conuentione in scriptis faciendam: et circa dationem fideiūsso de iudicio sicut: vt non teneantur dare nisi fm arbitrium defensoris illius loci videlicet vt sufficiat dare vnum de numero suo vel stetur sue iuratoe cautione nec satisficiat quantūcunq; non possidente immobilia nec iurant satisficare non posse prout alijs iurare tenentur in aut. gñaliter. s. de episc. et cleri. et hic in glos. in versi. iuratoe. Et sic no. hic qd quando contentio est in iudicio de fideiūsso dando vtrū sit idoneus vel non dñ hoc decidi arbitrio iudicantis ut hic. r. l. si vero. q; qui pro rei qualitate r. l. ab arbitrio. ff. qui satisda. cog. Tertio no. hic fm glos. in versi. iuratoe. q; quantū quis non teneat satisficare de iudicio sicut: quia possidet immobilia: fm dñ prestare iuratoe cautione de stando iuri. Alii autē contra: cum possessio immobilitum loco cautiōis ba beatur. vt dicit bec gl. in fi. et etiam consuetudo hoc obsernat vt no

Ioannes de Platea super duodecimo libro.

urent si possident immobilia. de quo dic per Bar. in. l. sciendus. ff. qui satida. cog. vbi glos. tenet idem qd. hic. debent tñ nuda curatione de iudicio sisti pmittere sua bona obligare sñ Bar. in. l. i. ff. qui satida. cog. et ita exponit hic. ista verba sue substantia. i. sub obligatione bonorum suorum. Tertio not. ex ista glos. in. f. qd. possessio immobilium rite non excusat satisfactionem de iudicio nisi prestandam in pruincia nec contra. et sic limitat d. l. sciendum disponens qd. possidens immobilia non satisdat. qz hoc versi si possidet in loco in quo conuenit. secus si in alio. ideo conuentus bono- nie non excusat satisfactionem qd. possidat florentie. per banc gloss. et idem in eo qui pmittit satisfactio: qd. intelligit in eodem loco et de hominibus idoneis illius loci. vt pba in. l. a. fidei usq. qd. necessaria. ff. qui satida. cog. et ibi per Bar. Tertio ibi: insuper. puit de circa solutiones sportularum iudiciale: no in ascii soluedarum ex executoribus et notariis pro se recipientibus pro solutione scripturarum dicens qd. in iudicio tam ciuili qd. criminali soluunt ynu solidus executori seu nicio ysc ad finem litis. et pro rescripto principis registrando vel petitione scribenda soluant duo solidi. et pro exemplari dando ynu solidus. et pro epistolis citatoris adimplēdis executoribus seu nuncijs tres solidi ad plus.

3 Et si no. ex hac parte primo qd. etiā in criminali soluunt spottule sicut in ciuili. nam regulariter procedit in criminali sicut ciuili. licet non p. omnia. labente. ff. de penis. Sed not. ibi: apicibus idest rescriptis imperialibus scribendis vel simplici postulatione petitione verbo facta et in scriptis redacta. Ex hoc sumitur practica iudicialis quādo quis pducit coram iudice rescriptū verbotenus petit sibi fieri prout in tali rescripto producto contineatur pducens ipsum rescriptum in vi petitionis et libelli. et sic videatur hic qd. pro extraordinaria petitione verbo facta soluant spottule qd. idc pōt esse qz precedit rescriptum quod haberim libelli et qnqz litis contesta. l. i. s. quando libel. prn. da. ats. qnqz proceditur extraordinarie non soluunt spottule. d. l. in sacris. vers. h. hec si plasta. et ibi glos. et. j. de priuile. schola. l. f. in fi. Tertio no. ex versi-

4 exemplaria. coniuncta glos. qd. pro codem contractu sue facto pot notariis recipere duplēm solutionem. videlicet ynam pro scriptura seu abbreviatura quam facit in pappio de prima rogatione et aliam de exemplatura quam postea facit in membrana et tradit parti. et pōt hoc. d. l. in sacris. vers. et pro editione. t. l. f. de castre. vers. in cognitionalibus. et vers. in batusmodi aut. t. z. de re militari. l. tam collatores. vers. ita vt si yniuersitas. hanc tamen scripturam publicam non cogit pars recipere nisi mādauerit per ea que no. Bar. in. Largentarius. t. l. quedam. ff. de eden. Quarto not. ibi: qd. pēt pēbere non differt. qd. notarius no debet distin̄e restituere partibus scripturas et instrumenta cause satisfied ab i. idonee de salario. ante aut satisfactionem pōt scripturas loco pignoris retinere donec ab i. satisfied. et idem in procuratore habente scripturas cause pēpes se. que omnia. in. f. et ibi no. per Bar. ff. de pē. scut et scriptor lecternos pō mercede vt notat glos. in. l. si non solem. f. si centum. ff. de cond. inde. nec ante qd. satisfied ipsi notario de mercede sua pōt iudex cum cogere acta cause parti edere vt tenet Sal. in l. i. ad f. s. de eden. Quarto ibi: arbitris vero declarat de solutione sportularum quando causa vertit coram arbitro vel iudice delegato dicens qd. arbitro soluunt ynu solidus ad plus et patrono sicut cogenti arbitrum procedere dimidia pars solidi. et notario arbitri pro scripturis tertia pars solidi usq; ad finem. et pro editione charularum. t. exempli dandorum partibus dimidia pars solidi.

5 Et no. bic qd. non soluunt arbitro sed etiam iudici ipsum iudicare compellenti debentur spottule. Quinto ibi: qd. si non apud. declarat solutionem sportularuz iudici faciendam de quo nondum dixerat dicens qd. maioribus iudicibus de quibus. s. in pañ. soluunt quatuor solidi ipsi iudicibus applicandi. et pro exemplis gestorum duo solidi. et sic patet hic qd. plus soluunt in iudicio ordinario. vt hic. qd. coram arbitro vel delegato. vt. s. vers. pri. t. d. l. in sacris. s. de pri. sacro. scri. que in aliquo differt ab ista vt dicit hic glos. f. in. f. in vers. iuratori. ibi vel pōt hic dicere. dic pāma vera et hec non valet. qd. cum sit similis militia virilis qd. quilibet est spectabilis. s. cod. l. proconsularis. tuncta. l. s. de propri. sacro. scri. idem seruabitur in utraq. l. finali. s. de pala. sacra. scri.

De curiosis.

Rubrica.

Continua vt in glos. Dicatum est. s. de agentibus in rebus. i. operantibus et exercitum pribentibus circa enectiones rerum que deferuntur p. prouincias p. cui sum publici. et etiā dictu est de principib; victorum agentium: versi qd. curiosi et stationarii sunt accessoriij ad idem officium. qd. ex iphs agentibus ad hoc officium depuati a magistro officioru. qui ordinat matriculam istorum agentiu in rebus ad diuersa ministeria. s. t. i. l. matriculam. ideo de cis dicit. Et dicuntur curiosi qui habent curā inquirendi et investigandi et iudicibus denunciandi et remittendi criminosos comitentes alia qua mala circa publicas enectiones et cursum publicum. et ipsi idē

vocantur stationarii vt dicit hic gloss. in. l. qd. habent stationes et mansiones suas in diversis partib; prouinciarum circa cursum publicum de quibus in. l. i. s. sane. ff. de offic. prefec. vbi. ibi: milites stationarios. et isti etiam vocant irenarche. de quibus. s. de irenarchis. l. vntca. t. l. datus. ff. de custo. reorum. t. l. nō idcirco. la secunda. s. de libera. cau. et qui habent custodiam circa lumina imperi vocatur liminarche. ff. de seruis fugi. l. pe.

Et adserum imperium an possit prescribi.

2 Aliud est carceratum tenere: et aliud sub custodia detinere.



Curiosi. Curiosi et stationarii debet mābare non aut criminatos carcerare. b. o. Est ergo diversum officium nunciandi et carcerandi. et ideo officiales ad denunciandum malefici non possunt malefactores repertos carcerare. vt. s. eo. l. f. t. j. de coarc. l. i. nec hoc pot consuetudine usurpari cum sit a lege reprobatum tanq; malum et iniquum vt hic in fi. licet de facto usurpet non solum carceratio. sed etiam meru et mixtum imperium vt dixit gl. magna in fi. in aut. de defen. etiā. s. nulla. colla. i. h.

3 Sed nunquid t. merum imperium possit prescribi. et vide qd. non arg. buiūs. l. Item mittere in carcere est inerim imperii. argu. l. i. ff. de in ius voca. sed mittere in carcere non potest prescribi. qd. consuetudo prava reputatur que prescribi non potest ut hic. et in autentica et nulli iudi. h. j. ergo nec merum imperium. Sed dicōtra sñ docto. qd. merum imperium adharet territorio. l. pupillus. s. territoriorum. ff. de verb. signi. sed tale territorium potest prescribi l. quicunq; castellorum. s. de fun. limi. et videtur textus in simili in l. viros. cum concordan. ibi alleg. s. de dinet. ossi. ne obſt. hec lex. qd. iste stationarius non habebat territorii in casu buiūs. l. ideo non potest prescribere vacante tamen imperio. ideo non procedit prescriptio buiūs meri imperii qd. cessat patientia aduersarii. vt no. in l. i. s. de servi. Et de hoc an et qualiter et quanto tempore meru imperium prescribatur. Hic plene per Barto. in. q. per eum disputata que incipit apulus quidam. Item an incarceration sit meri imperii. Concludit Barto. qd. non nisi fiat ad penam vt faciunt iudices ecclastici. de quo per enim in. l. imperii. in vers. iuxta hec quer. ro. ff. de iurisdi. om. iudi. et tangam. in. d. l. i. s. de coarc. licet autem isti nunciatores maleficiorum non possint carcerare tamē possunt retinere fugientes sub custodia donec ducant ad iudices ordinarios: argu. l. penult. ff. de ser. fugi. Et no. glos. s. co. l. f. qd. aliud est carceratum tenere et aliud sub custodia detinere. l. nemo carcerem. s. de exac. tribu. Item no. bic qd. non statut relationi officiales ad denunciandum malefici depuati. sed debent assister et illam p. bare vt hic t. d. l. datus. t. l. ab accusatione. ff. ad turpil. s. denunciatores. si tamen non probat. non propterea tenetur pena talis sed extraordinaria. argu. c. j. de calum. et tenet Barto. in. d. l. datus nec tenetur nisi de evidenti calumna isti tales officiales qui denunciant ex necessitate officij. l. monete. s. de delato. t. l. post legatum. s. aduocati. t. l. tutor. ff. de his qui. vt iudi. t. per Bart. in. d. l. datus. et iudicatores. Item nunquid isti denunciatores non probantes condemnent in expensis. Ita. l. allegatur p. sic. t. l. s. de seruiter. s. de exac. t. z. s. de sump. recu. l. yni. t. z. de decu. l. f. in. f. t. l. i. s. incidit. et. accusatione. in. f. ff. ad turpil. Item quia speciale est in denunciante monopolium vt non tenetur ad expensas. licet non probet. lege ynicia. versicu. omnia que. s. de mono. ergo in contraria est ius co. mune. l. j. Ad muni. et hoc tenet Bar. in. l. in senatus. s. ad cos. ff. ad turpil. Item de hoc quod. s. dixi. an stetur et credatur relationi officialis de maleficiis per eum denunciatis. Hic per Bartol. in. d. l. datus. ff. de custod. reo. t. l. singuli. t. l. ea quidam. s. de accu. et ibi plene per Sal. Et glo. s. hic colligit qd. non credatur. contra qd. oponit et non soluit de. l. j. s. sane. ff. de offic. prefec. vbi. Solue et circa illa que spectant ad suum officium ubi non est magnum p. iudicium creditur officiali vt ibi. nō autem circa illa que non spectant sed de magno p. iudicicio tractatur hic et in. l. bic in glo. alle. gata. et tetigi. s. de aqueduc. l. omnes.

4 Habellari possunt inspicere et videre ea que vebuntur de mādato p. principis.

5 Pro animalibus in vecione non appositis non debet officialis neq; priuatus pecuniam recipere.



Concess. Concessum agentium in rebus est cu publici portando pecuniam publicam per prouincias et condicendo naues et animalia ad deferendum anno has. et aliis officiis sub pena se intromittere non debet et recipiens pecuniam p. animali in cursum publicum deducto pena qua dupli punitur. b. o. Patet ergo qd. ex istis agentibus aliqui erat depuati ad denunciandum qualitercumq; delinquentes circa enectiones et cursum publicum qui curiosi seu stationarii dicunt. de quibus. s. l. priori. Alii vero agentes erant depuati circa curam et sollicitudinem ipsarum enectionum faciendo portari pecuniam condicendo animalia et naues ad portandum ammonam ad exercitum. et incipiendo cursum tempore debito vt hic in glo. s. et circa hoc

ea hoc habebant custodiam. l. i. i. de cursu publico. et possunt sibi eligere coadiutores. l. nullus. j. de coar. de isto autem cursu publico vide in. l. pe. et per totum. j. de cursu publico. Et no. ter. ibi demonstretur etiam iudicibus. quod postquam princeps mandat aliquid necessarium velendum ab aliquo per cursum publicum: intelligitur utramen demonstret officialibus ad cursum deputatis id quod rebitur et etiam notificet quando iter arripitur. masdatis ergo principis non derogat iurisdictioni officialis super eo quod manda*t* iurisdictionem habeti*t*. Et sic est ar. quod gabellari*n* possunt inspicere et videre ea que vobantur de mandato principis quia sub illo colore posset fraus committi. l. ynica. versi. neq*z* illud. s. nulli licere in frenis equestri. nec excusatur vobis aliqua dignitate vel contumacia. i. inobedientia quia non teneatur ei obedire cu*m* faciat iustitia*m* principis. C Secundo no. ibi ergo n*sum* quod pro animalib*z* in vectio*n* non appositis non debet officialis ne*q* priuatus pecuniam recipere. si ergo officialis colligat pecuniam pro centum mulis vel equis in curium adducendis et non sint nisi quinquaginta vel p*ra*iuatis recipiat pecuniam pro dec*e* mulis et conduratur pauciores puni*n* in quadruplum. vt hic. z. l. placet. s. de excu*m*. mu. et Lexcellentia. j. de ero. milii. anno. et idem si submittat alium pro alio vel in summ*u* usurpatur contra ordinem faciat. l. p*re*fixum. et l. si quis vel per yniam. j. de cur. publi. C In tex. ibi velle profutura recip*u*. i. velle babere ea que credant federe ad utilitatem reip*u*. C Item ibi: cepti. i. eius quod inchoauerat facere. Item ibi: mo*ne*at. id est non arripiat iter contra autoritatem eorum qui euctio*n*ni presunt. Bynus.

Erid tempus. Condemnatio facta a prefecto contra agentes in rebus honeste vincentes non valer. secus si in honeste. hoc dicit. Habent enim suum speciale*m* indicem coram quo conueniri debent. l. ex. j. de agen. in rebus. cuius iudicis examen perdunt quotiescumque in honeste viuunt. et aliquid contra honorem officii committunt scholaris ergo qui in honeste viuit. vel aliquid in honestu*m* contra scholasticam disciplinam committit perdit priuilegium fori. et beneficium auf*bi*habita*m*. s. ne filius pro patre. z. l. s. s. de incolis. Et ideo glo. hic colligit quod non iuratur dignitate*m* qui male illam seruat ut hic. z. in concor. hic in glo. alle. quia priuilegium meretur amittere. z. l. indeo*m*. s. de indeo*m*. z. l. qui sine ver. nam illi. s. de nego. gest. z. c. licet quibusdam. de reg. C Et nota hic de honestate seruanda. vt dixi. s. de maius. l. ynica. Itē nota ad id quod dicunt vulgares aliquid commendando dū dicunt. Ipse est decus seculi et lux mundi. et econuerso est vedecus seculi et obscuritas mundi.

Ille cui committitur merum facti exercitium non potest cum alio communicare. vel alteri committere.

Gentes in rebus. Singuli per singulas provincias sunt mittendi qui super evectionibus tantu*m* curam habent nihil*m* communem cui aliis iudicibus vel provinciis habent nec alios debet vexare vel de causis se intromittere. vel in carcere quē*z* ponere. hoc dicit. Mot. ergo hic quod sit officium agentium in rebus. l. v*bi* bini mittant per provincias. vt habeant curam super evectionibus. tam*m* ut inueniant naues et animalia pro rebus vobendis et. vt not. glo. s. eo. l. s. nec debet inferre his a quibus naues vel animalia expertum aliquam veriatione vel coniunctionem. i. terrorum vel extorsionem sub preterto officio. vt no. in. l. s. de concusso. nec debent habere aliquam communione*m* officii sicut cum aliis iudicibus sicut nec palatini. vt. s. ti. j. l. nibil. nisi forte occasione*m* sui officii implorarent brachium alterius iudicis. l. j. in. s. s. de offi. p*refe*. angustalis. z. l. episcopale. in. s. de episco. audien*m*. nec de causis ciuilibus vel criminalibus. s. sic de officio ad se non spectanti se intromittere non debet. C Itē nec carcerare possunt iudicet delinqüentes contra formā evectionis possint in custodia detiniri per suos collocios qui curiosi et stationari vocant ut dicit hic gl. z. s. e. l. j. C Et no. hic tex. quod ille cui committitur meru*m* facti exercitium non potest ei*m* alio comunicare. vel alteri committere. z. p. hoc s. de exact. trib. l. missi. opinatores. z. l. i. s. de cano. lar. tit. et ideo si rex comittat duobus examinatione*m* testi*m* certe licet ali*m* delegatus a principe possit subdelegare. la. iudice. s. de iudi. s. hoc cau*m* subdelegare non poterit nam videtur electa industria persone. ar. l. i. ver. tu magis. s. de testi*m*. iuncta. l. s. stipulat*m* fuerim illud aut illud. de verbo. obli. quo casu*m* non potest fieri alteri comissioni*m* substituti subrogatio. l. j. s. ne autē. s. de cadu. tol. et plene dixi in. l. nullus. s. de occur*m*. et potissimum cum examinatione*m* testium difficulter committatur in au*m*. apud eloquentissimum. s. de fide instrumen*m*. z. in au*m*. de pluris nau. s. penul. col. ix. re.

De palatinis sacrarum largitionis et rerum priuatarum. Rubrica.

Dicitur est. s. de officialibus habebitis curā sup evectionib*z* cur*m* suis publici et eō*m* que deferunt*m* ad exercitū*m*. veruz quod sunt alii officiales palatini habētes curā largitionis. i. eō*m* q*uod* provinciales lar-

giuntur et dependunt fisco ut no*m*. in rubri. s. de cano. lar. ti. vel depēdunt ipsi cesari ut priuato ex propriis rebus ipsius cesaris. vt. s. de loca. predi. ciui*m*. l. j. z. l. s. de quadri. p*re*crip. z. j. e. l. s. ideo de eis*m* eorum dignitatibus subdit. Et differt hic titulus ab illo de eract. trib. quia ibi de decorum officio exercising tractat. hic vero de immunitatibus et priuilegiis et dignitatibus ipso*m*. Est enim id officium istorum palatinorum ad exactiones per provincias transmissioni et opinatorum de quibus in. l. missi. s. de exact. trib. z. l. s. de cano. lar. ti. s. An. C Item differt ab illo de cano. lar. ti. q*uod* ibi de quantitate et modo eorum qui solvi debet. hic vero de palatinis curam exigendorum habentibus.

Palatini. alias est vicarij

Palatini. Premittit s*m* Andreā de barulo q*uod* palatini dicunt duplexiter. Primo sumi*m* stricte. p*bis* q*uod* mittunt*m* ad exacti*m* debita fiscalia. z*isti* dicunt*m* vicarij palatini sacrarū largitionū et patrimonialū principis de quib*z* hie dicit. et ideo dicunt*m* vicarij q*uod* vice principis tenet. et dicit glo. j. e. l. j. et istori*m* officium videt id ē esse q*uod* officium opinatorū. ut non exigant sed presides exigere debet solicent*m*. vt. s. de exact. tri. l. missi. z. s. de cano. larsi. tit. l. s. Secundo modo accipit palatinus large p*ro* quocon*m* habente officium in palatio. et in hac significacione potest sumi prepositus sacri cubiculi et proximus sacri scribi*m* et similes. et sic sumitur. j. de priuilegio*m* eorum qui in sacro pala*m* illi. per totum. et marime. l. j. z. l. s. et glos. in. l. nemo. j. de re milii. Modo hec. l. b. d. Palatini ad sacras largitiones exigendas in provinciis conorantes tenentis solvere capitatiōnes pro capitiis et inglesia sordidis vero extraordinariis et temonaria sunt immunes. b. d. Tenentur ergo solvere tributa ordinaria ut capitis et agrorum. de quibus tributis vidistis in rubri. s. de anno. z. trib. z. l. cum ante. s. de agri. et censi. Et ab hoc tributo capitis erimuntur cives et thacientes. s. de capi. ciui*m*. cen. eri. l. ynica. non autem tenentur isti palatini ad sordida munera. j. de priuilegio*m* eorum qui in sacro pala*m* illi. l. j. z. l. s. de quibus in. l. marime. s. de excu*m*. etiam post finitum officium. j. eo*m*. ab officio. nec ad extraordinaria scilicet que non sunt legi perpetua ordinata. vt not. in. l. ynica. s. de vaca. mu. pu. nec ad susceptionem hospituz. de qua in. l. j. s. de epis. z. cle. nec ad munera temonaria. i. ad munera prestandorum plaustrorum seu mittendi currū ad aliquod servitum reipublice. et ita exponitur. s. de digni. l. quarta. z. s. de prox. facrorum scriniorum. l. iubemus.

Illus palatinus. Thesaurarius. vel officialis comitis thesaurorum qui semel male se habuit in officio non potest amplius ad idē officium vel dignitatem ne*q* ad aliam alpirare. b. d. Et hanc. l. not. pro thesauraris sen pro conseruatoribus monete seu defensoribus eris communis q*uod* si reperti fuerint aliquam fraudem commissione*m* in officio priuantur et illo et omni*m* alio officio et dignitate ut hic. z. l. s. aliquid. s. de suscep*m*. z. arca. et ibi dixi. z. l. iudices. s. de dignitate et aliis concor. in glo. allegatis. quia semel malus semper presumitur esse malus ut in regulis iuri*m* semel malus. z.

Risco. Singulis annis v*n* ex palatinis mitti debet ad regendum principatum comitis domorum cappadocie. hoc dicit. Illud enim officium seu dignitas scilicet principatus cappadocie erat specie*m* littera assignatus comiti domorum pro suis stipendiis. ad quem regendum debet annuatim mitti unus idoneus palatinus propter cuius reverentiam et timorem comes non audeat imponere granaria et oppressiones facere. ut hic in glossa. Ex quo nota quod rex potest assignare alieni redditum et regimē alicuius cinitatis vel castri. ita tamen ut rex pro utilitate subditozim mirtat officiale*m* suum. Et not. hic glo. quod malus prelatus et dominus timet bonum subditum sicut et berodes timebat Joannem baptistam regardantem eum quod non licebat ei in adulterio tenere uxorem fratris sui.

Hil omnino. Palatini nihil. comitibus provinciarū sed excepta reverentia que debentur iudicibus provinciarū non solum per iudices minor et veritati per maiores q*uod* inde debet suo officio deferuisse. b. d. Non debet ergo unus officialis impedi*m* se de officio alterius quam tunc*m* minor ut hic. z. s. ti. j. l. fina. z. l. consulta diuilia. s. de testam*m*. per superuenientiam enim maioris officialis non desinit minor suam iurisdictionem exercere ut hic in glo. z. l. iubemus. et ibi dixi. s. de prox. scriniorum. quin iuno etiam maior iudex superueniens debet reverentiam minori iudici ordinario ibi regenti. Superueniens ergo archiepiscopus vel cardinalis debet reverentiam episcopo illius loci nec per eius aduentū desinit episcopū suam iurisdictionem exercere ut bac glo. nota. z. l. cunctos. s. de metatis. et ibi etiam tangam. Possunt tamē quicq*z* maior et minor officialis simul coniungi ad aliquod officium peragendū quan-

Ioannes de Platea super duodecimo libro. L.

do publica tractat utilitas nec debet maior index dignari si minor index melius veritatem investigauerit. l.i. s. de offi. prefec. vib. cōfuncta. l. potioris. s. de offi. rec. prouin.

Vlidam. Postquam quis est adeptus principia tem aspirare non potest sed ipsam quam elegit continuare debet. b.d. Nota ergo quod est adeptus vnam dignitatem non potest illam dimittere et aliam assumere sed debet perseuerare in ea quam elegit per cuius electionem videtur alii renunciare. arg. l. inaritus. s. de proc. r. t. questu. h. deniq. cu concor. ibi allegatis. s. de fun. instruc. Et sic est ar. qd doctor debet intendere et perseverare in illa scientia quam semel elegit et cōmentatus est: non autem illa omissa assumere aliam: ar. huius. l. nec etiam ambas assumere cu administratione. l. hac parte. s. de priori. sacro. scri. Honoriarias autem dignitates plures bene potest habere. l. iiii. et ibi dicitur s. de digni. Et est contra eos qui omisso habitu doctoris assumunt habitum armigeri militis. nisi forte diceres quod propter conexitatem quam babent ad invicem armata et inermis militiavit in premio insti. possit ytraquyti. j. qui mili. non pos. l. eis. h. s. In tex. ibi ad exceptori scrinia. i. ad alia dignitatem. bec enim dignitas exceptionis est quedam dignitas seu gradus proximorum sacro. scri. vt. l. in sacris. la grade. versi. et si apud arbitrii. ibi dehinc. id est deinceps. Item ibi: finis militie requirat. i. post finis militie non accipiat locum qd debetur alii. Itē ibi: tralegerit principatu. i. cuius militia reperit finis per quod ad supremum gradum pertinet militie.

AOfficiis. Post finito officium vel post aliquod munus extraordinarium grauari. b.d. Debet ergo comes domorum se abstinerre ac etiam rectores pronunciarum et alios rectores prohibere ne imponant palatinis etiam post finito officium sordida munera sed ad ordinarios pesterationes capit. et agorū bene tenent. s. eo. l. i. In tex. ibi: excellentia tua loquitur comiti domorum. Dost. vel prefecto fin. h. Item ibi: penitus recedendum. i. sub tali modo receditur. i. finitur officium qd eo finito band timere oportet aliquid sordidum vel extraordinarium sibi imponi. vt. s. eo. l. i.

Seruīs. Hac. l. connumerantur officiales qui subsunt comiti domorum et isti solam habent stipendia et non alii. Et est hec lex multum corrupta in tex. secundum glos. et est hodie modice utilitatis. ideo eam vide per te. Et am no. tex. dum dicit de medico suffragio. i. rescripto per subceptionem imperato qd rescriptum principis imperatorem mendicatum suffragius. Item ibi: comitatem s. i. comitis sacrarū largitionū. vel melius. i. officiis qui suberāt comiti domoz. In glo. ibi: presumi. i. recipi. ibi breuis. i. numerus cōtentus in chartulario qui vocat brevis. s. de cōue. s. debi. l. inter chartulas. r. l. s. de apo. publi. Itē ibi: anno. n. s. stipendia. s. de anno. c. u. l. i.

Placuit. Et palatinis transmissis p. priuicias debet aliqui singulo anno tam ex onceptu centenariis quietere et alios loco illorū debet prefectus ad officia transmittere. b.d. Et ergo iustus et conueniens ut singulo anno renouentur officiales ut qui passi sunt laborem conquiescant et aliis de corpore sive collegio deputati ad illud officium transmittantur vel labor dispartiatur inter eos. Et est argumen. si aliqua villa debet facere aliquod opus qd non debet nisi a principio sunt missi ad laborem stare continuo sed debent stableari per alios et primi quietere. Item no. ex principio huius. l. quod suggestio et persuasio que fit principi sup. aliqua lege vel ordinatione facienda debet esse iusta et profutura bis inter quos disponitur. facit. iiii. dist. crit autem lex. et quod not. i. dist. ius generale.

Non aliter. Nullus potest officia ad sacras largitiones colligendas sibi assume re nisi prius a principe speciali beneficio impetrato. b. d. Requirit ergo hoc officii specialē cōcessionē principis. l. ad alia munera publica eligat decuriones. s. de decu. l. ii. et idem de officio agentiū in rebus. vt. l. matriculam. in f. s. de agen. in rebus. et de offi. milii. equitū. et pedestri. l. neminem. l. de re milita. In tex. ibi: sacrarū largitionum. l. fiscalium vel priuatarum. s. ipsius cesaris. vt. s. in rubrica.

Palatini et adiutores et primi officio laudabiliter sunt immunes a sordidis et extraordinariis munieribus ad similitudinem agentium in rebus. hoc dicit. Habet ergo agentes in rebus et palatini ad sacras largitiones colligendas deputati finito officio easdem dignitates et privilegia de quibus in. l. i. s. e. In tex. ibi: sacrarū remuneracionum. l. largitionum que sunt circa remuneraciones ut s. de cano. lar. s. i. in rubr. sc. in aut. de non eligē. seculi. nub. h. gregoria. col. i. Itē ibi: ad calcē. i. ad finē offici. similitudinarie loquitur. qd si est calcē est ultima pars pedis. s. c. ultima pars offici. d. ei. finis. l. Et

no. bāc glos. p. statuto disponete qd si quis vulnerauit aliquem in pede qd pes dicitur yscq. ad iuncturā tibiae que est supra calcē et abinde. s. vlcq. ad genu appellat tibia. et de calce datur versus. Lax. mas p̄git equū sed pingit femina murū. Itē ibi cetera onera. l. sordida et extraordianaria. nec ob. s. c. l. i.

A similitudinem. Officium palatini biennio hodie durat anno tantū sicut officiū scribentiorū omnibus priuilegiis sibi cōpetentibus etiam dignitate finita remanentibus. b. d. Sicut enim officiū biennale fuit reductū ad annale in proximis sacros scriniorum vt. s. de pri. sacros scriniorū. l. pio biennio. sic etiā et in palatinis vt hic. et si cut in primis finito officio durant priuilegia. vt eo. tit. l. primos. sic et in istis vt hic in illegis.

- 1 Edificatio domorum. i. nunciatio noui operis est realis.
- 2 Clericus coram indice laico non debet conueniri.
- 3 Priuilegium concedens aliqui specialē indicem propter publicā occupationem cessat occupatione cessante.

Alos. Palatini in vbe solum coram suis co-
nuenienti debent non autem coram prefecto vrbis nisi
in tribus casibus. in priuiciavero contra eos causis pu-
blicis non occupatos bsi cognoscit p̄ses priuicie dūmodo sententiā
criminalē contra eos non ferat sine cōsensu suorum comitum. b. d.
Nota ex principio qd priuilegiatus ut conueniatur coram certo
speciali indice et non coram ordinario non gaudet illo priuilegio
nisi in personali actione ciuiti. non autē in reali vt sunt hic tres ca-
sus gratia exēpli positi et per sequens est idem in aliis casibus etiā
exempla non arcent regulā. l. regula. h. et licet. s. de regu. iur. r. l. i.
h. d. vulgo. s. de vi. r. vi. nec etiā habent priuilegium in crimi-
nali. t. f. l. f. i. iuxta si. versi. exceptis tributariorū s. s. dum relinquunt
in priuicia secus si in vbe. l. ex eo. s. de agē. in reb. C Estenim edi-
ficatio domoz. i. nunciatio noui opis realis. l. de pupillo. h. nuncia-
tionem. s. de ope. noui nun. et similiter seruitutes rerum sunt rea-
les. l. i. s. de serui. et insti. de act. h. i. et similiter actiones pro annonis
cōpetentes sunt reales cum pro rebus et ex rebus p̄fertur. arg. s.
de anno. et tribu. l. i. s. de publi. l. imperatores. Et propter hoc
volunt quidā inferre qd clericus cui datur priuilegium ratide per
sonae. in aut. et clerici. apud proprios epi. h. i. et autē statutum. s. de
epi. et clerici. non gaudet in realibus actionibus beneficio clericali
sed potest corā iudice seculari cōueniri pro tributis et aliis realib.
actionibus rem et non personā afficētibus. ar. b. i. v. l. d. l. impe-
ratores. t. l. de bis. C. de episco. et cler. r. l. f. s. vbi in rem actio. qd
in realibus sententia predio datur. l. liberto. h. fina. s. de neg. gest.
et hanc partem videtur tenere Federi. de sensi consi. xlvi. quod inci-
pit factum tale est. oum tenet qd in bonis clericis fideiubensis in in-
dicio de indicato soluedo potest iudec secularis facere executionē.
Sed tu dic cōtra. qd dicta aut. statutum. r. c. si diligenti. de foro co-
pe loquuntur generaliter qd clericus coram indice laico non con-
ueniatur ergo generaliter intelligendū tam in reali quam personali
actione. arg. l. de pretio. cum s. f. s. de publi. C Preterea ratio quare
clericis illo priuilegio vtatur est ne auocentur a diuinis. s. de epi. et cle-
ri. omnes quibz sunt. sed hec ratio habet locū tam in reali quam
in personali. l. non alias. h. i. qui bene facit. s. de ind. r. arg. l. f. i. f. eo.
ergo r. C Preterea clericis habent hoc priuilegium ratide totius
clericis. ideo ad eos res debet extēdi. arg. l. f. i. h. diuinus vespasianus. s.
de cens. r. s. de pac. l. s. quis in conscribēdo. r. d. c. si diligenti. de fo-
compe. et hoc videtur dicere glo. in aut. et omnes obe. iudi. priuini.
h. considerantes. super verb. subiaceat. col. v. iuncto ter. ibi alleg. vt
clericis. apud proprii. epis. i. r. s. Nec obstat qd clericis cōueniunt pro tri-
butis mere realibus. l. placet. s. de sac. san. e. r. l. f. i. s. de exacto. trib.
qd debet intelligi corā sua iudice tantū. arg. eius qd not. in. l. i. s. de
eo qd certo loco. C El dic specale in tribus a quibus etiam domus
imperialis non excusat. d. l. f. i. pro quibus factores et castaldo-
nes grauari possunt. l. missi opinatores. s. de exact. tribu. prima ta-
men cōmuniter tenetur ut autoritate iudicis ecclesiastici fiat excus-
sio per. d. c. si diligenti. et per clemē. presenti. de cēsi. r. c. quā qd. de im-
mu. eccl. in. v. r. ibi per anchā. Item facit iste tex. ad. q. c. quā forma-
ti. in. l. in. sacris. versi. ita p. si de ciuibz. s. de propri. sacro. scri. Itē
nota ex verbo rectoribus. ibi: nec causis publicis occupatos. quod

- 3 priuilegiis concedēs aliqui specialē indicem propter publicā occu-
pationem cessat occupatione cessante: et tūc corā ordinario loci con-
ueniri potest. vt hic. r. l. i. s. legatis: versi. plane si perfecta legatiōe.
Nota etiā hic calum in versi. sic tamē. in quo iudec potest de eau-
sa cognoscere nō tamē iudicare condemnādo. sed bene absoluēdo
vt hic. r. l. i. s. vbi sena. vel clā.

Mater alias. Primiceri schole palatino rum sacrarū largitionum. et
primiceri schole sacrorum scriniorum: et tribuni pieto-
rianian ultra alias prerogativas eis concessas fruuntur
etiam militari dignitate: nec tenentur ad aliquas necessitates
seu impositiones publicas. vel priuatas. hoc dicit.
ergo predictis

ergo predictis imperator militarem dignitatem. Item immunitate a muneribus extraordinariis. non autem ab ordinariis. s. e. l. i. z de istis tribunis. vide in. l. vynica. s. de prepo. z tri. z comi. scho.

Et **H**abemus. principis frumentarum etiēm priuatis legiis quibus frumentarum palatini fiscales sacrum largitionum. ideoq; primicerii palatinorum rerum priuatarum. et primates scriniorum rerum priuatarum principis post depositum officium admittuntur inter tribunos pretorianos ad adorandum principem nec eis potest imponi aliqua necessitas publica vel priuata. hoc dicit. Et premittit q; erant palatini sacrae largitionum qui exigebant fiscalia. et alii erant palatini rerum priuatarum qui exigeant patrimonialia priuata ipsius principis de quibus dixi. s. in rubrica. et istis palatini rerum priuatarum coedunt hic imperator eadem privilegia et immunitates q; et quas habent palatini rerum fiscalium quia est eadem ratio concedendi priuilegia pariter utriscq; cu omnes sint res principis sive sunt sive sive fiscalia. sive priuata ut hic. z. l. f. s. de quadri. prescrip. z de istis tribunis de quibus hic dicit qui admittuntur ad adorandum principem: vidisti. s. de prepo. z tri. z comi. scholarum. l. vynica. In ter. ibi: palatini scilicet qui subsunt comiti rerum priuatarum. Itz ibi: deferunt. id est sunt sub comite sacrarum largitionum. Item ibi: compar. no. q; ad paritatem militiarum debet sequi paritas et equalitas priuilegiorum: quia ubi est eadem ratio et in gl. Itz ibi: primates alias summates. i. officiales qui subsunt comiti rerum priuatarum. Dynus.

De stratoribus.

Rubrica.

Supra dixit de palatinis discurrentibus per provincias pro actionibus publicis faciendis compaginando et puniendo eorum maleficia. vt. s. tit. priori. l. f. Munc vero cohobet et refrenat nimiam et immoderatam extorsionem stratorum seu stabulorum regum continet, et aliorum dominorum provincialium equos donavit a donataris eorum loquunt enim hic de regibus et principibus provincialibus et eorum stratoribus. vt. j. e. l. i. in glo. i. in fi. Et dicitur stratorum a sterno sternis. inde hoc stratorum. id est stabuli unde in genet. Rachel hoc videns posuit idola patris sui in stratorio camelii et sedit supra ipsum. unde stratores dicuntur qui presumunt equis stabuli. vt hic in glo. et hoc verbum sterno est equinocum ad plura. vt. j. e. l. i. in glo. j.

- Licetum est donatario unum aureum donare stratori et non ultra.
- Judex debet illico vendicare delicta subditorum etiam procedendo per inquisitionem quando lex mandat delictum a indice vendicari.

Et **O**mnis. stratoribus presidens. tibus stabulis principuz unus solidus dictum stipendiū nomine debet tantum deniq; eis dari potest a donatario quibus equi donantur a dominis suis et non ultra, pena ultra illud danti et iudici non vendicanti imposta. b. d. Et sunt tres partes. secunda ibi: offerendis. tertia ibi: officium. Non primo quod stratores sive stabularii presidiū et dominorum non debent ultra solidum aureum dictum nomine stipendiū babere. et sic licet presidibus et comitibus et aliis rectoribus provincialium proprios stratores. id est senescalchos stabuli habere s; non licet babere proprios stratores. id est bernarios qui grauent provinciales. l. iii. ver. nemo. ff. de offi. procō. et hic in glo. j. Et strator est equinocum ad plura. vt dixi. s. in rubrica. de comite autem sacri stabuli principis vidisti in. l. i. s. de prepo. z tri. z comi. scho. Secundo not. in versi. z in offerendis. quod licetum est donatario unum aureum donare stratori et non ultra. et hoc obseruant reges Hispanie ut dicit hic glo. alias autem donas ultra punitur tanq; simoniacus et corruptor stratores: quasi presumatur qd stratorum corrumpat et inducat dominum ad donandum. s. in An. Et est hic tex. quod cuius non licet ultra taratam quantitatatem petere. non licet etiam a sponte donatibus recipere ut hic. z. j. de re militaria. l. fina. g. vt autem. z. j. de metaria. l. deuotum. in fine. z. j. de sal-gamo boſpi. non prestat. l. vynica. z in aut. scriptum exemplar. la. j. g. fina. colla. ii. z per glo. z Barto. in. Linuitus. g. fina. ff. de reg. iur. z. c. dilectus. de simo. Et pariter puniuntur dans et recipiens in aut. vt iudi. sine quoquo suffragio. g. si quis autem. colla. ii. z. l. f. in fine. s. ne rusticani ad yllum obsequium aduo. et ibi tetigi. et infra pu. leti. l. vynica. et ideo notarius qui proscriptura non potest petere nisi certam quantitatem non poterit etiam a sponte donatibus et statuto renunciantibus recipere: dicta. l. Linuitus. g. fina. z ibi per Barto. contra hoc tamen facit quod not. glo. in cle. j. de censi. ybi ab eo a quo non possum exigere tamen possum recipere si sponte soluat. vt in cle. j. de immu. eccl. Et addo quod licet accusato dare pecuniam pro redimendo sanguinem suum sed non licet accusan-

ti recipere. secundum glo. s. q. i. prohibentur pro quo facit. l. transfigere. cum sua glo. s. de transac. C Tertio not. ex si. buius. l. quod si index debet illico vendicare delicta subditorum. etiam procedendo per inquisitionem. quando lex mandat delictum a indice vendicari. facit quod dixi in. l. precipit. in secundo notabilis. s. de cano. largi. titu. et hoc verum cum index fuerit sciens ut hic dicit text. Et ex hoc infert hic Ange. si statutum disponit quod index teneatur inquirere et punire omne homicidium suo tempore factum sub certa pena quod ita demum incidet in penam cum fuerit sciens et omnis serit obtemperare statuto ut hic. z. l. generali. s. de tabu. z. l. annus. et quod ibi per Barto. ff. de calunnia. Item est argu. bec. l. pro scutiferis quando dominus vendit equum vel donat ut licet eis alii quid acciperet pro capistro equi. et tamen de consuetudine faciunt licet hanc. lignorum s. in Ange. Item pater et bac. l. quod redemptio serui vituperat donum domini. ut hic contuncta glo. fin. z. l. s. qnēq; s. de epi. z cle. ideoq; Hyezi discipul. Helisei incurrit lepraz quia voluit extorquere priuatum pro dono sanitatis collato ab Heleiso Naaman sro. j. q. i. qui studet.

De castrenianis et ministerianis.

Rubrica.

Currit supra de pluribus officiis provincialibus palatinorum: nunc vero de alio officio ipsorum palatinorum in provincialibus videlicet castrenianorum et ministerianorum. i. eoz qui praeerant castris sive tentoribus principis ordinandis. Et ministeriani erant mensores qui mensurabant quantum menia iuxta castrum esse deberet et similia ut hic in glo.

Afficio. Castris et ministeriis per lapsum biensi alius secundum merita laborum et stipendiis subrogatur ipse autem ad id officium nullatenus eligatur. b. d. Durat ergo officium istorum per biennium et qui semel fuit in isto vel alio officio non potest per amplius ad illud redire. subaudi sine licetia principis. vt j. de diuer. offi. l. i. z. i. s. et ibi dicit. Itz in locis desinentis morte vel tempore officium finire subrogatur et prefekt loco eius qui magis meruit laborum assiduitate et stipendiis d'interitate ut hic in. l. vñscip. ver. etiam si forte. s. de priori. sacro. scri. et aliis concor. hic in glo. allegatis. In ter. ibi spectabilitatis tue. loquunt ergo magistro istius officii castrenianorum qui est spectabilis ut hic patet et spectabilitatis. non autem dicas et loquunt magistro officiorum vel comiti domesticis q; illi sunt illustres. s. de silen. l. i. Item ibi: prioribus. s. castrenianis vel ministerianis de quibus loquitur rubrica in. l. imperator. ff. de in diem addic.

Quis prime. principe ut est inter statutos. i. descriptos in prima secunda vel tertia forma castrenianorum est in matricula tertie forme ultimus scribendus. b. d. Est enim certus numerus et gradus statutus in prima secunda et tertia forma castrenianorum et tertia est maior alios. vt s. de priori. sacro. scri. l. i. in scrinib. z hic in glo. f. in qua forma seu gradu maior ideo erit qd meruit dignitate a principe et secundum est si meruisset a minori principe. ar. l. f. et qd ibi per Bar. ff. de albo scri. Et no. specialiter hanc. l. qd in generali concessioney alterna tina videtur facta concessio de eo qd est melius et nobilis et sic videtur idem qd in legatis alternatiis in quibus electio est legataris cre ditoris in dubio et possit eligere melius. l. lucio. de leg. f. et ibi glo. z Bar. z. l. cum qui dam. s. de verbo. s. g. et etia per Saly. z per Dy. in regula iuris in alternatiis. lib. y. licet in contractibus sit debitorum. l. plerūq; in s. ff. de iure do. et ita in gratiis alternatiis a principe concessis potest impetrare eligere qd est melius et nobilis ut est hic tertia forma seu tertius gradus istud officiis qd limitat quidam esse veri ut videatur princeps coedere pleno iure. s. q; est melius et nobilis quando concedit id quod est ex mero patrimonio principis ut est concessio officii et princeps per se retinere non potest ut hic iuncta. l. vnum ex familia. s. si de falcidia. de leg. f. et ut est concessio bonorum vacantium nondum in fiscu incorporatorum. l. si qn. la. j. s. de ho. vacan. Si autem beneficium coedsum venit ex patrimonio principis sive fisci. et tunc debetur id quod est minus. argu. l. si quando. la. j. s. de ope. pu. sicut in quantitatibus. l. numeris. de leg. f. z. l. s. ita stipulatus fuero. z. vel. ry. de verbo. obli. Et ex predictis infertur quod si quis alternatiis impetravit in pluribus locis primam vacaturam et simul et semel casualiter vacent in omnibus impetrans habet electionem eligendi quam voluerit etiam meliorem. argu. buius. l.

Prinlegium transit ad matrem uxores et filios. privilegiati. **Q**ui. militantes in hac militia et eorum milia et uxores non possunt conueniri in causa civili vel criminali nisi sub comite castrenianorum. b. d. Et secundum hoc dum dicit sublimitatis tue. loquitur comiti seu magistro buius officii. de quo. s. eode. l. j. z. j. l. priori.

Ioannes de Platea super duodecimo libro.

An magistro officiorum. vt.l.iij.s.de prepo.sa.cub.z diri in.l.vni
ea.s.de questo. Item dum dicit sacre vestis dicti.i.huius offici sa
crata veste.i.sacratu principle ordinati.sed andreas intelligit sacre
vestis.s.gerant gynetaiar terentes vestes principis de quibus.s.
de murilegu.z gynetaiaris.l.iij.sed secundu hunc intellectum hec.l.
non esset tub congruo titulo contra.s.quibus.s.de no.co. compo
Et no.sprivilegium transire ad matrem z viros z filios priuile
giati vt dixi.s.de comi.constito.l.viros.

1. **P**rivilegium filii transit ad matrem.
2. **E**xistentes in viue tenentur dare fideiussorem.

Alate Omnia. Castreniani z ministeria
filii solam coram magistro officio sunt conuenienti
pro tributis z muneribus suscipendi z delictis co
missis pro quibus possunt coram iudicibus locorum conueniri.b
ent etiam priuilegium circa minores portulas secundum modu
bile descriptum soluendas ac etiam circa fideiussore de iudicio si
ki prestandum ut ynum ex coniunctis vel de suo numero prestare
possint.b.d.Hec ergo lex prolixa dat multa priuilegia officialib
deputatis ministerio principis contentis in quodam breni qd nō
habemus. Et priuimum est priuilegium fori ut solum coram magis
tro officio valeant conueniri. Secundu priuilegium ibi; sed ne in
hoc iudicio.est circa conuenienti modum ut solum in scriptis va
leant conueniri oblati libello sive civiliter sive criminaliter con
veniantur.Tertium priuilegium ibi;cōnentos.est circa fideiussor
nis dationem de iudicio sisi.s.yt possint dare fideiussorem actua
lum.i.dispensatorum sui numeri vel alium de suo numero tam in
causa criminali qd ciuilis.Quartum priuilegium ibi nec yltra est cir
ca solutionem sportularum videlicet ut executoribus ynum aureu
z executoribus pro inducenda pace z stado in iudicio z pro cogni
tione cause tā principalis qd appellationis vel extraordinarie tres
solidos tantū z pro editione gestorum seu actorum duos solidos
tantum persolvant.Quinto in ver. hec autem priuilegia predicta
extendit ad matres viros z filios.Sexto ibi: ipsosq.declarat qd
isti officiales tam durante milita quam finita etantur eisdē pri
uilegia quibus vntunt qui ante eos suam impleuerunt militiam
z confirmat priuilegia anteriora eis cōcessa a Martiano impera
tore eo excepto qd non tenentur respōdere corā diversis iudicibus
ordinariis sed solum coram magistro officio.yt.s.ea.l.in prin.z
s.l.prox. Septimo ibi.aduocato quoq.declarat portulas soluen
das in iudicio coram arbitris videlicet exceptoribus sine scripto
ribus z aduocato sibi cogente arbitris indicare tertia partē ynu
solidi z pro actis edendis diuidi solidi.Octavo ibi: t cō per pro
nūcias.pronidet circa carentia fideiussori in prouincias vt sic ste
tar eorum iuratoie cautioni quod stabilit in iudicio coram magis
tro officiorum coram quo debent respondere etō respondere nisi
in tribus casibus.s.pro tributis pro impositione munerum z pro
criminibus ibi cōmisse: in quibus casibus tenentur respondere
in prouincia.Mono z vltimo in ver. presente etiam sanctione.man
dat adiutori vel adiutorib magistri officiorū ut stent in speculis.
I.aduertentia z sollicitudine vt supradicta statuta seruent z in nul
la parte violentur.z hoc vult hec l.vsqz ad finem.Et attēde qd si
millia priuilegia concedunt illustribus.l.quoties.s.de digni.z de
prox.sacro.scrinioris.l.in sacris.l.grande.z agentibus in rebus.
I.er eo.z.l.fin.s.de agen.in reb.z comi.cōsisto.s.de comi.cōsisto.l.iij.z
aliquibus societatis scholarum.l.quoties.s.de priuileg.schola,
z declara hanc.l.yt in simili dixi in eis z maxime in.l.in sacris.s.
fidei.z.i.tit.i.l.i.in s.a.z potest etiam pater pro filio z viro pro ma
rito z conuerso z maxime si alios vades.i.fideiussores nō habent
vt hic in ver. hec autem priuilegia.z.l.iij.s.in ius vo.yt est.z.l.iij.s.
i.i.j. qui sati cog. Item quia t priuilegium filii transit ad matrem,
vt hic.z.s.eo.l.ibi qui patet quod priuilegium trāsit ad ascenden
tes cōtra regulā.l.i.j.s.de senato.de quo dic vt dixi in.d.l.in sacris.i
prin.C Secundo no.er ver.z cum per prouincias.quod t existentes
in viue tenentur dare fideiussore; qd est presumptio quod inueniet
cum sufficiat ei fideiussor minus idoneus conueniri.d.l.i.j.s.in ius
voc.yt eant que presumptio cessat in existēte in prouincia.ideo sta
tur sue iuratoie cautioni.vt hic.z.l.vnica.versic.super furtis.s.vt
omnes tam ciuites quam crimi.iudi.quem titu.glo.bies sugverbo
cautioni.dz allegare dū allegat.s.de assello.C Tertio not.er v.er
ceptis tributaris.qd priuilegatus vt conueniat corā speciali indice
z nō corā ordinario nō intelligit priuilegatus in istis tribus cas
ibus si de eis in prouincia conueniat.s.in tribus muneribus z cri
minibus.cā ergo tributaria publicari functionum z crimini ex
cludit priuilegium fori z etiam in quibusdam aliis.yt.d.l.in sacris.
versi ita vt si de ciuitibns.z.s.de palati.sacrarum lar.l.viros.nam
in criminalibus non tollit priuilegium fori; qd reatus omnem bo
norem excludit.l.i.s.vbi sena.vel claris.z.l.raptores.s.de episco.z
cleri.Z in ter.in prin.ibi ministerio nō deputatos.subaudi vt erat
castreniani z ministeriani z aliū descripti in quodam breui; de quo

bis sit mentio quem non habemus. Item ibi:nisi a tue.loquif ma
gistro officiorum.Itez ibi;sed ne in hoc iudicio.s.coram magistro
officiorum.Item ibi:nudis mandatis.i.scripturis sine causa.Et
sic nota quod nudum preceptum dicitur qd non continet iustum
z legitimā causam.ideo potest sperni.l.filiusfami.s.diui.ss.de leg.
s.z ibi per Barto.z.l.i.s.commi.vel episo.Item ibi:actuarium.
quid sit dicitur.z de actu.z nume.l.ne diutius.z.l.de ero.mili.ann.
lactuaris.sed Dy.ocit actuarium.i.apud acta constitutum.Item
ibin iudicio deponatur.s.querimoniā 2tra istos.Item ibi:adu
cato quoq.sicli subandi ad cuius officium spectat cogere arbitriū
procedere.s.de princi.agen.in reb.l.i.s.arbitris vero.Item ibi:z
maritis scilicet filiarum.Dy.Item ibi:exceptoribus.i.tabellionis
bus qui oīa excipiunt sue recipiūt in scriptis.yt.d.l.in sacris.Dy.
Item ibi:magnitudinis sīla.sz delegatoria.z.de priuileg.schola.l.
i.versi.quoties.sane.coniuncto ver.ne tamen zc.

C De decanis.

Rubrica.

Continua vt in rubrica.s.ti.j.qr.s.tit.pri.dictum est de castr
ianis z ministerianis verū qd illi eligitur ex decanis.ideo sequit
titulus de decanis que sūt quedam constitutio greca.Et dicitur
decanus a deca qd est decem.quasi societas.x.virorum vel preposi
tus.x.virorum inde decaniss.a.i.viro decani.vt dicit hic gloz.Et in
iure canonico decanus idem sunt qd canonici.l.non plures.z.l qui
sub pietetu.s.de sacrosan.ecce.z.l.i.s.de collegi.Et quod fit offi
cium istorum decanorū secularium hic nō declaratur sed An.dic
cit qd preerant decem forte agentibus.z in marchia vocant in vul
garis capidecem.

C Quatuor que ex corpore.

Quatuor ex decanis qui primū locū in ordine
tenuerunt per biennū ad primiceriatū officiū
assumuntur;z aliis in eorum locum transfacto bi
ennio subrogari debet.boc dicit.Patet ergo quod
in societate decanorum sunt certi gradus seu numeri constituti.z
quatuor ex his qui sunt in primo ordine debent eligi primiceri p
biennū,quo tranfacto debet pariter remonteri:vt nullus rema
neat vltimus z subsequentes in ordine elegantur.Et nota de offi
cilio biennali.quia tanto tempore durabat officium istorum sicut
officium castrenianorum.s.tit.u.i.l.j.z officium mensorum.s.tit
lo.i.l.vnica.

Magister officiorum regulariter est specialis in de omnium
independentium seruitis principis.

Ostre pietatis. Decani intendent
s. principis sunt coram magistro officiorum z non
coram alio magistratu conuentendi.boc dicit.Et nota
bic.iustā causam dandi specialem indicem intendētibus seruitis
principis ne subducant a seruitis principis vt hic.z.l.iij.s.de pie
po.saci cubi.z.s.de filē.l.pe.Et magister officiorum regulariter
est specialis in de omnium intendētibus seruitis principis vt hic
z.l.iij.cum concor.ibi allega.z dixi in rubri.s.de questo.z magi
strio officio.est illustris vt hic.C Item nota quod dupler priuile
gium datur in hac.l.decanis scilicet priuilegium fori ut solum co
ram magistro officiorum conueniantur.Item priuilegium fide
iussionis de iudicio sisi vt sufficiat eis dare priorem sue scbole.vt
hic.z.s.tit.u.i.fina.s.conuentos vero.vel syndicum seu actuarius
sue factorem sua scbole.d.s.conuentos.vel vnum ex consocijs.s.
fina.s.de agen.in re.Et per hanc.l.in versi.z agentes aduersus eos
dicunt doctores quod ybi datur priuilegium alicui quod fit exem
plu.s a iurisdictione sui iudicis ordinarii cui suberat requirit qd
detar sibi iudicari coram quo possit conueniri.Et ideo si quis impe
travit quod esset exemptus a iurisdictione seneschallū regni nō va
let impetratio:nis in eodem rescripto exprimatur de alio iudice si
bi dato coram quo conueniri possit z pro hoc.s.de officio procon
z lega.l.i.j.Mec obstat quod non debeat inquire in impugnatione
eius quod facit princeps cum sit instar sacrilegij.l.i.j.s.de crimine
sacrilegij.quia verum est quod de eius potestate non debet inquisi
ti.z de forma concessionis bene potest inquire.argument.s.si con
tra ius vel utilitatem publicam.l.z si nō cognitio.z.s.de aquedus
ctu.l.fina.

C De mensoribus.

Rubrica.

Continua vt in glossa.quia mensores sunt accessori ad castrē
ianos vt metuantur quantitatē lignorum necessariorum ad cas
tra principis;et quantitatē grani z virtualium,et quantitatē
bominum,z quantitatē hospitiōrum pro militibus.vt infra de
metatis.lege prima.ideo de eis subſicit.z de eorum dignitate ac
quirenda.

Primicerius.

Rimicerius. Qui per biennium fuit primicerius mensorum id est primum locum inter mensores obtinuit post biennium completum sortitur militiam et dignitatem quam habet ille quicunque est inter agentes in rebus. hoc dicit. Ergo videtur quod consequatur spectabilem dignitatem in qua sunt principes agentium in rebus. I. proconsularis. et. L. eos. et. l. finali. supra de principibus agentium in rebus. Et nota quod officium istorum obrabat anno. scilicet officium castrensanorum. I. s. de castrensi. et de prox. sacro. scri. l. pro biennio. et dixi. s. de prox. sacram. scri. ni. tabellariorum vero triennio. l. n. in s. de nume. regulariter autem debet durare anno vel biennio. ut dixi in l. neminem. s. de suscep. et arca. In tert. ibi vltimi. id est eorum qui sunt in inferiori gradu. Dynus.

De priuilegiis eorum qui in sacro palatio militant. Rubrica.

Supra dixit de pluribus et diversis officiis palatinorum et dignitatibus eorum in specie. nunc vero generaliter dat eis priuilegia et immunitates a sordidis muneribus extraordinariis. realibus et personalibus. et eorum liberis. nepotibus et mancipiis. et sumuntur hic palatinus large pro omni habente officium in palatio principis. ut dixi in l. supra de pala. sacram. largi.

Palatini ad ordinaria tenentur. Priuilegii datum alicui et successoribus suis primo defertur ad filios. et eis deficients defertur ad nepotes.

Palatinis. Palatini q. in sacris scrinij vel obsequiis principis laudabiliter versati sunt habent immunitatem a sordidis et extraordinariis muneribus realibus et personalibus tam ipsi quam eorum liberi. nepotes et servi et ab iniuriis omnibus sunt defensandi. hoc dicit. Ad ordinaria autem bene tenentur. l. supra de pala. sacra. lar. et leuidenter. supra de excu. mu. et nota hic secundum ordinem sanguinis priuilegia personis inferioribus deferenda nam priuilegium concessum patri transfertur ad filios et ad nepotes ordine sanguinis attento. sed in legatis atteditur ordo scripture. ut primo nominatas a testatore tanquam dilectus ventiat ad legatum et substitutionem. L. cum pater. s. a te peto. de lega. s. quam glo. hic allegat pro contraria et non soluit. ideo dicit quod ibi loquitur de ordine scripture. hic vero de nature. Est enim pluriplusordo. de quo per Barto. in. l. s. s. prius. s. de vulga. et pupill. In tert. ibi calumnias. id est extraordinarias prestationes reales et nominationes. id est perlongae prestationes. Itz ibi: indiscreta dignitate. id est non distincto in qua dignitate sit. quia reatus omnibus honorem excludit. l. s. vbi sena. vel cl. dy. Item ibi penas debitam exigatur. id est solucere compellatur que pene sunt. s. de excusa. mane. l. cidenter. circa finem. Et allegatur ista lex quod t. priuilegii datum alicui et successoribus suis primo defertur ad filios reis de deficientibus defertur ad nepotes ordine sanguinis et sic non cocurrunt. et idem est in emphyteosi data alicui pro se et filiis et nepotibus. quia mortuo patre non concurrunt filii et nepotess primi filii et postea nepotes vocantur: sic ordine sanguinis successivo. arg. bius. l. et succ. sen. c. vnic. in. pri. colla. et. est glo. ordina ria in simili in. l. gallus. s. quidam recte. s. de libe. et posthu. et ibi per Barto. et Ange.

Bona immobilia sequuntur conditionem et priuilegii persone.

Cubiculis. Cubicularis principis qui moniales sacerdotum scriniorum et agentes in rebus et filiis et nepotes eorum ad honores vel munera non vocatur immuni. et a personalib. et corporalibus muneribus sunt immunes hoc dicit. Quod ergo minus plene dixerat in l. precedenti. de priuilegiis concedendis palatinis. hic latius plenius et verius concedit exprimendo multa nomina munerum a quibus excusantur et permittendo quod habent castrense peculum de quo. s. de castre. omnium pala. pecu. l. vnic. In tert. ibi donatos vacatio. id est qui militauerunt in camera principis quorum officium est finitum. dy. Item ibi in vtroq. officio scilicet sacrarum largitionum et priuatarum. ut. s. de pala. sacrarum largi. in rubi. Item ibi officio missionum. t. mittendariorum. de quibus. s. de pala. sacra. largi. l. priu. s. Item ibi: comitatem. i. qui superberat comiti domozum ut expost in. l. scrinhs. s. de pala. sacra. larg. Item ibi: temoniariorum. id est planstorium quibus onera portantur. Item ibi: p. et apocie. i. muneris quinte partis decimaruim ut in glo. Item ibi: vel etiam tyronis. i. noui militis qui non tenetur ad susceptionem holpitum. Item ibi: palatium obseruent. i. durat officium. Item ibi: quiete donati. i. finito officio. et sic not. quod post finitum officium durat priuilegium ut hic. t. s. de asscl. l. non parum. t. s. de agen. in re. l. s. ca. L. de prepo. sacri cubi. l. s. t. ibi nota. t. s. de magist. scri. l. vni. ca. Contra quod opponit glo. et non soluit de. l. penulti. s. de testa.

mili. et de. l. ylcti. supra de resti. mili. in qbnis cessante militia q. est et priuilegium cessat priuilegium. Solne quod ibi datur militibus priuilegium non ratione dignitatis cui militia non sit dignitas ut not. s. de equi. digni. l. vnic. t. s. qui mili. possit. l. s. sed datur propter laorem. s. de bo. possit. ex testa. mili. l. vnic. t. s. finito labore cessat priuilegium. argu. supra de epis. et cler. l. generaliter. hic autem datur priuilegium propter dignitatem que dignitas etiam durat finita administratione. supra de cosu. l. s. t. s. de arbi. l. s. s. ideo durat priuilegium ut hic et allegat hec lex. Is melius faciat lex pieces dens ibi cum vniuersis mobilibus et. si clericus delinquit cuius bona venit publicada et bona immobilia pertinebunt ad regem. mobilia vero ad episcopum. Et est ratio q. bona et mobilia sequuntur conditionem et priuilegii persone ut supra. l. priori. et supra de impo. lucra. descrip. l. vni. et pro hoc in. r. col. de pa. tenet. s. si vero pacis violator. non enim est inconveniens quod clericus habeat duo patrimonia. arg. supra de inossi. testa. l. s. arg. s. de pecu. l. hinc queritur. s. potest. Predicta puto vera quando immobilia clerici spectarent ad temporalem iurisdictionem regis ex lura tributario emphyteotico vel feudal iuria quia tunc ex publicatione bonorum clerici bona propria publicantur fisco ecclesiastico. et bona tributaria ad fiscum seculari. per. l. s. supra de exac. tribu. et bona feudalia et emphyteotica ad dominos suos. in. c. imperiale. s. illud. de probib. feu. alie. t. viss. dist. c. s. et hoc disputando tenuit Oldra.

Notarii appellantur superbi et rapaces.

Faula. Discedentes ab aliquo officio aule principis licet sint idonei et experti tam ab omnibus muneribus eis inunctis sunt immunes. hoc oicit. Concedit ergo hec lex priuilegia palatinis sicut et piecens remouendo dubium quod quantitatemq. sunt experti in officio et idonei non possint grauari ad munera personalia: et sic non palatin fastus numerarioz. i. non cogunt esse numerarii nec rapaces questus. id est non coguntur esse questores. Vel dic rapaces q. stus ipsos numerarioz. i. notarioz q. ad memoriam in scriptis redicunt soluta ac numerata. l. duos. s. de suscep. et arca. et no. in rub. supra de tabul. Et not. hic notarios appellari superbos et rapaces. et alibi imperator dicit voracem et fraudulentum numerariorum prepositum: q. diuersis obsequiis rectoribus obsequi. l. s. de nume. facil. l. s. supra ne li. poten. id est etiam dicit de publicanis quae audacie quante etiam temeritatis sunt publicanorum factiones nemo est qui neciat. l. quante. s. de publi.

Domes. Valatini qui honestam missionem meruerunt ab officio palatii principis retinunt insignia dignitatis intantum ut preferantur alii qui postea ad alias dignitates vel priuicias sunt assumpti. et contra banc legem facientes pena sacrificii puniuntur. hoc dicit. Et intellige de missione honesta secus de ignominiosa. l. prima et secunda. supra de his qui non imple. stip. sac. Item intellige quod hic dicit videlicet ut palatinus qui primo gessit et dignitatem consecutus est preferatur alteri palatino qui postea geret et dignitatem consequetur. non tam illi dum gerit et administrat sed post administrationem. l. s. s. sed administratores. supra et digni. or. serue. et sic est regula quod qui prior dignitatem est adeptus preferitur posteriori acquirenti in ordine sedendi. precedendi. arengandi et consilium adhibendi. ut hic. t. l. secunda. supra de prefec. pres. et ibi dixi. nisi ille posterior adhuc sit in officio. ut dicto. s. sed ad ministratores. Et nota hic de pena sacrificii. id est quasi sacrificii que datur contra contemptorem legis. de qua pena dicit in lege docti. supra de decurionibus. t. l. prima. supra et dignitatum ordo feruerunt.

De priuilegiis scholarum.

Rubrica.

artifici. l. ne quis. s. de dignita. Et quia distractio argenti non est vile artificium ut hic dicit glossa. et sunt utilles omnibus contractis bus: ideo distractores argenti in yrbe ad militiam admittuntur licet non ad armatam admittuntur: ex eo quia memores distractio nis argenti non essent continue armis intenti: prout esse debet militantes in armata militia. vt. l. milites. s. locati. et hoc fuit hic de mente glossa. Et sic not. in hoc versu exceptis. quod causa publice utilitatis aliquid permittitur: quod alias non permetteretur: quia enim argenti distractores sunt utilles omnibus contractibus. ideo ad omnem militiam assumuntur et quia non essent utilles armate militie: ideo ea repellantur. **C**Secundo no. in versu. si qui vero. quod milites negotiantes ante prohibitionem militatis retinent militiam ante prohibitionem habitam si negotiacionem derelinquant. Et sic patet quod multa impedit contrabanda que non dirimunt iam contracta. de quo dic per Bartol. et latius per Jaco. but. in. l. patre furioso. ff. de his qui sunt suivel alie. tur. et per Dyn. in regula iuris actum legitime. libro sexto. Proba tur etiam bic regulæ cum lex in preteritum quid indulget in futurum vetat. l. cum lege. ff. de legi. z. s. titu. i. l. leis quidam. **C**Tertio no. ex fine quod fabricatores et aptatores armorum propter convenientiam similitudinem et conformitatem non vetantur a militia convenientiæ professioni ut hic. z. s. titu. i. l. cis. s. excipiendis. Nam omne simile applaudit suo simili ut hic. z. l. non possunt. in fin. ff. de legi. Et facit iste text. quod pitulegium concessum vendentibus in bello ea que non recipiunt necessariam causam bellum: non preiudicat venditoribus armorum quibus bellum reparatur. arg. l. interdum. ff. qui potio. in pigno. habe. z. l. periculi. s. de nautico fenore. iuncta. l. fina. s. de pigno. z. l. assiduis. s. qui potio. 4 in pigno. habe. Nunc queror an in militie requiratur genus. id est ut sit de genere nobili seu militari ut alias non possit esse miles. Ex primo videtur quod non requiratur nobilitas generis quia libertus qui non est de nobili: sed potius ignobilis et feruili generis potest esse miles. s. de liber. et corum libe. l. penulti. et alijs in tribus hic in glo. ii. allega. Item quia miles a militia. i. duricia dicitur. l. j. in s. ff. de testa. mili. sed istam duriciam potest habere nobilis sicut ignobilis et econuerso: ergo zc. Tertio quia requisita in militie creando conuenerant per glossam in. l. penulti. ff. ex quibus causa ma. et in autenti. de manda. princip. s. fina. colla. iii. sed ista nobilitas generis non exigitur ibi necessariam per glos. istam ergo zc. In contrarium quod requiritur genus facit iste text. et videtur text. in. l. nullus. s. ad. l. iuli. maiesta. z. x. colla. de pace tenen. et eius viola. s. si miles aduersus militem. nec obstat quod dicitur de liberto militi quia intelligitur de milite pedestri. lege a caligato. de nupt. s. Quid tenendum die primam partem per rationes et infra in ea a llega. et quod not. per glos. in. l. vna. s. de equestri digni. z. l. penul. z. l. fin. s. titu. i. Sic obstat. l. nullus. s. ad. l. iuli. maiest. quibz ponitur disjunctiva. vel militie vel generis: et ita distinguuntur militiam a generi: vel quod ut excusat miles a questionibus de quibus ibi loquitur: requiritur genus: nisi sit factus miles a principio. quod tunc non requiritur cum ipse sit qui nobilitet. ut dixi in. l. j. s. de digni. et argu. l. s. ff. de albo scriben. Item non obstat. d. s. si miles. quia ibi est speciale in causa duelli. ut qui requirit alius ad bellandum debet esse de genere militari antiquo et non nouus miles. Vel dic quod ibi loquitur de consuetudine feudalium et sic sit feudalis vñus et non ius commune. Vel dic quod ibi dicit quod debet esse natione legitimis miles cum suis parentibus seu priuate negotiacionis et seruitutis videlicet ut non facient negotiatores vel serui. Non ast negat quin possit quis militare sicut non sit ex genere militari dum modo sit alias habilis.

De re militari.

Rubrica.

In precedenti titulo odirit qui possunt militare et qui non: nunc vero de rebus et negotiis ipsorum militantium subiungit.

Dipendia. Miles captus a hostiis non coequit stipedia vel donaria mediis tuis quo stetit in captiuitate. b. d. Et no. b. l. s. Bar. pro militibus nostris temporis qui capiuntur in bello et non debet habere salarii pro tempore quo steterunt capti nec dona que consueta erat eis presentibus fieri ultra stipendii. et intellige hic de his qui capiuntur presidio. id est prouiso et eorum levitate et negligenter et ideo sibi imputent si non recuperant sicut et deferto qui sponte deserit quis restituatur non tamen recuperat stipendia et donaria mediis temporis: nisi indulgentia principis ei indulserit. l. qui erubias. ff. codem. et infra codem. l. cum allegat. Secus autem in his qui improuise capiuntur sine eorum negligenter et culpa forte dum iter consuetum faciunt vel episcopas ferunt ut hic dicit glossa. vel forte dum necessitati seruunt ut glosa in. l. iiii. s. sed si ex improuiso. ff. codem. Quia tunc reuersi ab hostiis recuperant stipendia et donaria mediis temporis dico. s. sed si ex improuiso. z. l. non omnes. s. penult. cod. titulo. Sic etiam commeatum

commeatum accipiens pro tempore absentie consequitur stipendium ut diri in. l. bac lege. s. de priori. sacro. scri. Et est argu. hec lex quod si ambasator capiatur a latronibus vel inimicis sua culpa vel negligenter, quod pro tempore captiuitatis non debet habere salariū nec debent ei damnā recipi alias secus. de quo dic plene per Bart. in. l. si seruas. s. quod non. ss. de furtis. et tangit in. l. inter causas. s. non omnia. ss. mandati.

Viginti. Qui viginti annis militauit et fessi
muneribus excusat. b. d. Est enim regulare et comple
tum tempus militie viginti annorum. l. ii. r. i. s. de bis
qui non impletis stipendiis. r. l. sed et milites. s. quādoq. ss. de ex
cusa. tuto. Quod tempus si quis impletuit excusat a muneribus
personalibus dicta. l. ii. r. i. s. Item excusat a patrimonialibus
fondis et extraordinariis non autem a patrimonialibus hone
stis et ordinariis. l. ii. in. fin. ss. de priuile. vetera. r. l. j. de veteranis.
et biglossa.

Milites. Cimissus a militia ignominie ea effi
citur infamis et perdit dignitatē potest
tamēbīs morari p̄terq. in locis interdictis sc̄z Rome
et alijs locis vbi sit impator. b. d. Est enim missio igno
miniosa que infamat et excludit a dignitatib. vt hic. r. l. ii. s. de i
gni. r. l. sed et milites. s. fed ignominia. ss. de excu. tuto. r. l. j. s. de bis
q. non imple. stipendiis. r. dic vt ibi dixi. Et est missio honesta sive cau
saria q. non infamat. l. ii. r. ibi dixi. s. de bis qui non imple. stipendiis.
et alijs concor. hic in glo. allega.

Defunctorum. Dona militis in defens
ione defuncti confiscantur. b. d. Diversimo de enim puniuntur desertores sicut di
uersae sunt desertiones. l. nō omnes. per totā. l. s. eo. r. l. prouina. Et nota hic casum in quo morte rei non extinguitur cri
men quo ad bona que publicatur post mortē delinquentis. Sunt
et alijs casus insti. de heredi. que ab intesta. defe. s. per contrarū. et
ibi dixi.

- 1 Per solā indulgentiā principis quis nō recuperat stipendium et dona mediū temporis quo in delicto et damnatione permanit.
- 2 Iuste exēdiciatus quātus postea absoluat non propterea restituat ad fructus mediū temporis quo in excommunicatione remansit.
- 3 Baro qui fuit contra regem amisit priuilegia fidi a rege concessa.

Con allegatis. Defensor militie q.
cipis fuit restitutus non tñ petit stipendium pro tempore
quo in desertione permanit. b. d. Per solam ergo in
dulgentiā principis quis non recuperat stipendium et dona mediū
temporis quo in delicto et damnatione permanit. vt hic. r. s. eo. l.
j. nec etiam patriā potestate in filios. l. insula. s. de sen. pas. nam
per verbū indulgeo videt solum penā delicti remittere. l. generalis
indulgentia. s. de sen. passis. sed verbū restituo plenam restitutio
nem etiā quo ad bona impotat. insti. qui. mo. ius. pa. po. sol. s. cu
autem. de quo per Bar. in. l. s. s. de sen. passis. Sallit autē in aliis
tis p̄iis debitis que etiā per verbū indulgeo intelligunt restitu
ta. l. is cui. ss. de alimē. leg. r. l. si in metallum. ss. de bis que pro non
scri. ba. que allegant hic in glo. pro contrariis. Ut dicitur iste cōmīte
bat contra militari a qua alimētari petit ideo p̄iustisibus mili
tie gaudere nō debet. ar. ff. de mino. l. auxiliis. in. fi. ibi autē nō com
misit cōtra eum a quo petit alimentari vel ibi nibil erat faciendū
a legatario. hic autē erat faciendū. l. militie deseruendum ab isto
militie. Et est hoc. l. q. si alijs fuerit bānitus et postea extractus de
bāno nō ideo restituit ad honores preteriti tis neq. ad cōmoda:
sed pro futuro tpe poterat esse de concilio romana facere sicut ante
facere poterat. ar. s. c. l. s. fin. Dūlū. vide de hoc p̄ Bar. in. o. l. s. de
sen. pas. in pen. q. vbi dicit esse casum q. verbū rebāniri id est q.
restituere. Idē est argu. fin. Ali. de baru. q. iuste exēdiciatus quis
postea absoluat non p̄pterea restituerit ad fructus mediū temporis
quo in exēcutione remansit. vt no. extra. de appell. c. pastoralis. se
cū si iniuste fuerit exēdiciatus. arg. ff. eo. l. penul. in. fin. Ultimo
q. hic ex indulgentiā principis restitutus gaudet priuilegio mili
tarī in fatuarū allegatū ad questionem si rex concessit certa pri
uilegia alicui baroni vt esset secum ad expugnādū inimicos et re
belles ipsius regis; ipse autem baro facit cōtrarium sed postea rex
fecit pacem. queritur nunc ex quo iste baro reconciliatus est an gan
deat priuilegiis sibi postea a rege concessis. et videtur quod sic per
banclegem. r. ff. de adimen. lega. l. ii. s. fin. r. argu. ss. de ope. liber. l.
plane. confuncta. f. l. precedentis. Sed contrarium dicunt doct. qd
3 Ex eo quod fuit contra regem amisit priuilegia fidi a rege cōcessa
s. de iudeo. l. iudeos. in. f. r. s. de aqueductu. l. eos. versi. s. q. s. et ideo
licet sit reconciliatus nullo modo recuperabit ista priuilegia. ss. de
sure aureoru. l. i. r. s. nam ista reconciliatio operatur vt rex
videtur solum sibi remissis penam non autem quod priuilegia
videantur renouata. Unde est differentia vtrum large restituatur
en vero priuilegia sibi concessa specialiter restituantur. s. de sentē.

passis. l. i. r. s. l. generalis indulgentia. et addē per Bal. in. l. data.
s. de appellatio.

- 1 Ea que fuit cū magna solennitate facile renocari non debet.
- 2 Sacramēto militie absoluti ad eandē militiā redire non possunt.
- 3 Quibus in arte sua credatur. r. nu. 4. s. 6. r. 7.

Smel. Cimissus a militia ex egritudinis cū
sanitate. hec tamen dimissio ex causa egritudinis nō fit
sine cognitione cause. scilicet indice examinante et medi
co referente. hoc dicit. Uel fin. By. cessante causa non propterea ces
sat effectus. hoc dicit. De quo per Barto. in. l. ii. s. fina. ss. de dona.
No. ergo quod remissio cauſaria non debet esse presumptoria. sed
cum magna deliberatione et cause cognitione et ex eo quod fit cum
tanta solennitate et non temere. ideo debet esse firma et non de faci
li renocari. Et quo fin. Andre. quod f. ea que fuit cū magna
solennitate facile renocari non debet secus in bis que fuit sine ma
gna solennitate et q. facile renocari possunt: que pretor leuiter obser
uanda mādant. l. quod iustit. ss. de iudei. l. i. s. r. i. s. cōmina. vel
epis. r. quod no. in. l. si coloni. s. de agri. et censi. Et sic no. bic t. quod

sacramento militie absoluti ad eandem militiam redire non pos
sunt sive sint soluti cauſaria missione. vt hic: sive honesta. s. de ca
strensi. l. i. s. sive ignominiosa. s. de suscep. et arca. l. si aliqd. r. s. de cos
arcta. l. si quis ex grege. nisi ex principis cōcessione. s. de diuer. offi
l. ii. r. d. l. si quis ex grege. Et ex bac. l. sume bonam practicam et
cautelam ne vulnerans alium incurrit penam mortis ex. l. cor
nelia. subsequentे morte vulnerati: vt iudex ad postulationem in
tercedentis pro vulnerante vel etiam ex officio mittat medicos ad
infirmitum. qui si referantur vulnera non esse mortalia: licet infirmus
postea moriatur cēsetur postea potius mortuus ex mala custodia
quam ex vulnere. propter quod vulnerans debet cōdemnari
vulnerato non autem de occiso. Et creditur enim medicis in arte
sua de sanitate vel infirmitate et vulnera mortali vel non mortalib.
et de cicatrice remansura vel remansura et simi. vt hic. r. c. signi
ficasti. el secundo. de homicidio. vbi est ter. clarus facit glo. in. l. vni
ca. s. de emenda. seruo. r. per Bar. in. l. s. in rixa. ss. de sica. vbi ponit
an ex vulnera quis presumatur mortuus. Sic etiam creditur do
ctori de scientia disciplini. l. nemini. s. de admo. diuer. iudi. et dixi in
l. magistris. s. de professo. r. medi. Et creditur sacerdoti de eo quod
purgauit se de mortali peccato. s. q. s. s. peccauerit. Et creditur ob
stericibus de pregnātia vel sterilitate mulieris. et de virginitate
vel corruptione. l. i. ff. de ven. inspi. r. per gloss. in. c. fraternitatis. de
fri. et male. Et creditur architecto et alijs artificibus in arte sua. in
s. q. autem. in aut. de non alienan. col. s. et l. i. s. de ingenuis
ma. Sunt enim illiyocandi qui babent peritiam artis et ad eos re
currēndū est. vt hic. r. d. s. hoc autem. et debet esse plures et iura
ti si est copia peritorum in arte illa. als sufficit vnu. de quo p. Ja
co. de bel. in. d. s. q. autem. Et nota bene būnter. secundum An
ge. de peru. quod relatio medicorum est inualida: nisi appareat in
acus diligēs inquisitio et examinatione iudicis. et cuius commissio
ne sequatur relatio medicorum. Et etiam notanda hec lex contra
eos qui preteriū egritudinis volunt se excusare ne vadant in exer
citum vel ambasatam vt de eorum infirmitate iudex inquirat et
medicos mittat referentes. non enim omnes excusat infirmitas: q.
non leuis excusat infirmitas per quam negotiis suis superesse nō
impeditur. l. questum. s. de re iudica. Et quero b. ecce medici re
tulerunt aliquem letaliter vulneratum qui tamen postea curatus
est et sanatus an cōdemnabitur vulnerans de letali vulnere. et do
cto. dicit quod sic. argumen. istius legis disponentis standū esse
iudicio medicorum. Item quia bānū animū occidendi. quod
pater. quia fuit indicatum vulnus letale ergo erit idem ac si occi
sisset. argumen. l. is qui cum telo. s. de sica. magis enim videtur ca
su fortuito esse curatus quam alias. et ideo tanquam de letali vul
nere est puniendus. argumen. ss. de adulste. l. nibil. r. l. i. s. de condi
cio. et demonstratio.

Critis agitur cum militiē q. cū pagano quo ad infamiam.
Rustra. Critiūs damnatus de criminē mili
tarī vel cōmuni non infamatur du
rante militia nec etiā factus veteranus. hoc dicit. Sunt
enim quedam crimina militaria vt militiam deserere
arma alienare r. c. ff. eo. l. non omnes. r. l. qui commeatus. s. arma. et
per totum. Communia sunt que in personis militum cadere pos
sunt et etiam paganorum vt aquillie. vi bonorum. furti. et in plur
ibus alijs delictis enumeratis. ss. de publi. iudi. et de accusa. cum se
quen. titu. Vult ergo bac. l. quod miles cōdemnatus de delicto mi
litari vel cōmuni non est infamis nec dum militat nec post mis
sionem. Et sic not. quod f. critiūs agitur cum militiē q. cū pagano
no quantū ad infamā: q. vbi paganus cōdēnatus ex delicto infa
maretur: vt dixi. s. de infā. l. vni. spēciale erit in militiē vt dānat nō
infametur: nec dum militat nec dū est veteranus. vt hic coniuncta
glos. et hoc nisi ignominiose remittat. vt. l. i. s. de bis qui nō imple

Critiū allega
tis. no. banc. l.
pro clericō su
spento ad tps
an claps tem
pore dēat bas
bere p̄bendas
pteristi tps: et
adde. l. iii. s.
q. suspēdia. ss.
eo. qd facit ad
multas q̄ones
notatas in gl.
c. pastoralis.
extra. de app.
et vide glo. ss.
de dā. infect. l.
inter quos. s.
damni. et ibi p
Barto.
Cīlota hic a
bus ī arte sua
credatur.

Critiū quero.
vide hic Barto.
cum addi
tio. d. Elleran.

* **C**ritiū aggit
cū militiē q. cū
pagano quan
tū ad infamā
irrogandam.

Joannes de Platea super duodecimo libro.

Si pen. et hoc rōne publice et litatis: ut res publica plures habeat defensores qui morari possint et Rome et alibi ubi stat imperator qui nō possest si infamarentur. s. eo. l. milites. sed quantū ad alia pena q̄ infamie imponendam quandoq; punitur grauius miles q̄ paganus. s. de penis. l. quedam. et hic in gl. In ter. ibi notatos. id est increpatos: quia non notantur vere ut hic.

Causa **Mulieria**. Causa propter infirmi infamati. b. d. Seens in missione ex causa ignominie q̄ infamati: ideo causa exprimenda est in missione ut apparet au missus a militia sit infamia. ut dixi in. l. i. s. de bis qui nō ample. s. pen.

Si quis barbaria. Casus operā barbaris: ut romanos depredentur vel predam factam cum eis diuidens viu⁹ comburitur. b. d. Et idem est in aliis ciuitatibus prout sunt potestas castri franchi dicit glo. hic quia permisit venire munenses corrupti ab eis ad depredandum Bononienses. vel predam fine eius conscientia ab his arreptam diuinitus cum hisq; debuit comburi. et similiter debent cōburi districtuales tūderti qui diuidunt predā q̄ aggressoribus viariū. ut hic dicit Ang. de perū. Et no. hic bene glos. q̄ ex sola divisione prede facte sine conscientia diuidentis quis perinde punitur ac si sua conscientia et tractatu preda facta fuisset. q̄ est bene no. Et not. hic casum in quo imponitur pena flammarum seu combustionis et multis aliis casib⁹ qui his legibus continentur: videlicet in. l. vniuersi. s. ybi cause fiscia. et s. de iudicii. s. f. s. de muli. que seruis propriis. l. vni. et de rap. viri. l. vni. et de ful. mone. l. i. et s. de nisi agge. non rumpen. l. vni. et s. de male. et matbel. i. f. et s. de immu. ne conce. l. i. et s. de penis. l. si quis aliquid. s. j. et l. capitalium. s. igni. et s. qui ob inimicitiā. et l. ant. dannum. s. hostes. s. ad. l. i. i. l. pe. l. sacrilegi. et s. de incē. rni. naufra. l. qui edes.

Cicunq;. Casiles qui a principe meruit sa vxorem liberos ac seruos censibus non astricatos et non alios cōducere p̄t. b. d. P̄t ergo miles secū ducere familiam nisi ex concessione principis. Si et officialis secū ducere uxorem non debet. et si ducat ei eius delicto tanq; existens in calpa pecuniariter tenebitur. l. i. f. s. profici. s. de offi. proconsu. Et nota bic uxori esse domesticā et familiarem viro suo capi opter eius testimoniorum pro viro non admittitur. ut dicit glo. in. l. sed et si q̄. s. p̄terea. s. si quis cau. t. l. presenti. s. sane. s. de his qui ad eccl. cōf. su. et accipitur hic familiā stricte ut comprehēdat solum personas hic numeratas. Et sic litera passus quod quis ducere possit familiam suam sine aliqua solutione. restringitur hoc casu solum ad personas connumeratas. quo autem ad legatum et fideicommissum familie relictum accipitur non men familię magis late. vt. l. f. s. de verbo. signi.

Casiles et tribuni non debent de suis mansionibus et locis deputatis sine licentia recedere.

Tribuni. Casiles et tribuni debent in locis discurrere vel vagari alio contratacētis post relationem factam principi severissime puniſtūr. b. d. Nam ergo quod casiles et tribuni nō debet de suis mansionibus et locis deputatis sine licentia recedere. ut hic. et s. eo. l. milites. Sic nec agentes in rebus debent discedere et per provincias discurrere. l. ex eo. in. f. s. de agenti. in. re. et idem in clericis. s. de epis. et cleri. l. omnes. nisi ex causa. l. si qua per calumniam. s. p̄terea. s. de epis. et cl. et idem in curialibus. l. curiales. s. de decur. et idem in domesticis. s. de domestici. l. f. et idem in officiis bus etiam finito officio ante enūctum successorum. l. ministris. s. de offi. proco. et lega. Sed secus in aliis qui prefulgent alijs dignitatibus sine administratōe. s. de dignita. l. f. et l. clarissimis. et ibi tetigi. Et no. hic quod quando milites et stipendiarii recedunt a locis suis et discurrent per alia loca: q̄ rectores et defensores locorum debet super hoc rescribere principi. ut hic. et s. eo. l. nemo. in. f. sicut et alis crimina referuntur principi in. l. si grauius. s. de dignita. In text. ibi: tribuni. tribuni sunt prepositi qui debent habere curam et previdere milites et alia necessaria. qui nec debent recedere nec commeatum militibus dare. l. officium. s. f. s. de re mili. et l. f. s. de commeatu. et dicuntur tribunus quia tribuum suffragio eligebatur ut precesset cohorti vel legioni. prefectus autem exercitus: de quo. s. vi. dig. ordi. ser. l. f. in. f. eligebatur quandoq; a principe ad regendum exercitum. l. f. in glo. in versi. tribunū. s. de ffa. et de tribuno dixi. s. de comiti. et tribu. scbo. l. vnicā. Item ibi: signi. ista signa sunt stigmata que debent habere milites quibus dignoscuntur. l. stigma. s. de fabricē. et auf. de mandā. princip. s. si. colla. i. f. et l. penit. s. ex quib. causis maior. in glo. Item ibi: maneari. id est manere debet. Item ibi: scita. id est statuta per hanc nostram constitutionem.

Cui sedet bonis an debet omnibus vestibus denudarī.

Cum supra. Cum exercitus sine legione fluminis nullus andeat sedare aquam se nūcum balneando vel equos sudantes lanantur. sed procul in inferiori parte fluminis hoc faciat. hoc dicit. Et nota hic de officio magistri militum alteriusve regentis exercitum esse: ut supra vere tis fluminis ripas legiones ponere studeat: et insuper ut nullum aquam fluminis polluat. unde Vegetius de re militari lib. vi. c. x. castra presertim hoste vicino semper facienda sunt ut lignorum et pabuli et aque supererext copia. et si diutius commorandū sit loci salubritas eligatur. Et nota hanc. contra scutiferos ablue tes sudores equorum seu equos sudatos in flumine vel alueo publico ad quem habentur concursus gentium ex necessitate vel delectatione aque et similiter contra pedissequas lanantes pannos immundos in summitate fluminis per ciuitatem recurrentis in publico conspectu ut possint prohiberi et puniri ut dixi in. l. decrevimus. s. de aqueductu. quia per tale lauachrum poculum aquae corruptur et maculatur: et aspectus pudicorum et publicorum oculorum incessanter corrumpitur et maculatur. ut dicit hic. Item no. secundum glos. hanc ciuitalem. l. contra eos qui more bestiarum inueniente se balneant in nauigio: omnia publice membra ostendendo in conspectu gentium. est enim impudicum et in honestum nudum incidere. et se nudum aspectibus hominum exhibere. ut hic patet. Et propter hoc querunt doctores quis cedit bonis an debeat omnibus vestibus denudarī. et videtur quod sic quia nihil debet sibi remanere. insti. de actio. s. f. et s. de his que in frau. l. f. s. fin. et hoc tenet glo. in. l. p̄cul. s. de cel. bono. Item nota hic esse prouidēdum ne ex rebus turpibus et immundis conspectus hominū inciantur. et ex hoc dicunt doctores quod leprosi extra ciuitatem sunt ponendi. scilicet datur interdictum contra vicinum in suo solo fetore sulphureū vel alium inferentem. l. f. s. idem ait si in vicino solo. s. ne quid in loco publico. et s. de vi publica. l. vnicā. in s. et sic lenones propter detestabile et fetidum crimen q̄ committunt sunt de ciuitatibus expellendi. in auf. de leno. s. sancti. igitur. colla. i. f. facit quod dixi. s. de mendi. vali. l. vnicā. sic et mortuorum corpora olim propter fetorem extra ciuitatem ponebantur. l. mortuorum. s. de religio.

Casiles per prouinciam vagantes et relictis suis numeris debet per rectores prouinciarum detinere et custodiri donec principi rescribatur quid fieri oportet. et nn. 3. 2. In milite nō debet ociositas cadere sed semper debet esse sollicitus pro salute et defensione reipublice. 4. Comites militum ad custodiā principis et eius mensam existentes sunt illustres. **M**ilio. Casiles deputati ad custodiā principi care. id est propriis negotiis intendere vel ociosi stare nec in servitio priuatorum esse alias tam ipsi quam illi in quorum servitio sunt puniuntur. Item miles missus legatus ad principem debet incontinenti se comiti militum presentare ut exposita ei causa ambasiate subito enim faciat expedire. Item s̄ milites per prouinciam vagantes relictis suis numeris debent per rectores prouinciarum detinere et custodiri donec principi rescribatur quid fieri oportet. hoc dicit. Et sic sunt tres partes. Secunda ibi: si vero quisquam. Tertia ibi: quis autem. Vult ergo ex prima parte quod nullus ex militibus deputatis ad obsequium vel ad mensam et custodiā principis sive sint deputati in urbe ad alias custodiā extra mensam principis sive in aliis numeris et legionibus deputati debent vacare. id est ociosi stare vel propriis negotiis voluntariis intendere sed necessaria negotia propria vel numeri sui possent procurare cum licentia sive tribuni nō autem pro coniunctis personis. l. militem. et l. qui stipendia. s. de procura. et l. milites. s. loca. Et sic not. ex hac parte conjuncta glos. quod s̄ in milite nō debet ociositas cadere: sed semper debet esse locutus pro salute et defensione reipublice ut hic. et l. milites. Itz q̄ milites nō possunt intendere propriis negotiis sine permissione principis quando publica lederetur disciplina ut hic. et l. qui stipendia. sed alia negotia gerere non possunt etiam ex permissione et rescripto principis ne publica deseratur militia. d. l. militem. nisi in casibus notatis. in. d. s. veterum. Ex secunda parte not. q̄ q̄ aliquis miles mittitur ambassiator ad principem a suis numeris vel tribunis debet incontinenti se presentare comiti rei mi. qui ex posta causa legationis faciat eum babere responsum principis et citam. i. velocem remeandi licentiam. Et attende q̄ sine missione et literis tribunis sui numeri non potest miles legationem facere. ut hic in ver. aliter enim. nec etiam sine licentia a comitatū principis recessere ut ibi remeandi accipiat facultatem. vt. l. si quis decurio. s. de decurio. et l. penni. et l. s. de leg. Ex tertia parte not. q̄ milites sine licentia a suis numeris et mansionibus discedentes et per prouincias vagantes debent a rectoribus prouinciarum detineri donec principi

- donec principi rescribatur et deliberet quid de eis sit faciendū: ut hic. et s. eo. l. tribuni. Quod nota cōtra clericos vagabūdos vt. c. fraternitati. et c. et pte. in f. r. c. fi. de cle. nō res. in ter. ibi militia exuti. Non militem debere primo militia exui et deinde puniri. Sic et clericus dū primo ab epo degradari et sacerdotus priuari et deinde p iudicē seculare puniri ut aut. clericus. s. de epo. et cle. et c. cū non ab hoī. de indi. Itē ibi: penas cōstanteas. l. cōsuetas. Itē ibi: numeris. nūeri militares sunt plures. l. militia: cōboris: vexillatio: mani puluis: legio: cōneus: ala. vt no. gl. in ver. numeris. in. d. l. milites. s. locati. Itē ibi: illistribus. Nota: comites militum ad custodiam principis et eius mensam existētes esse illustres. aliqui autem alii comites militum sunt spectabiles et aliqui clarissimi. l. j. r. s. de co. rei mili. r. s. de co. qui prouin. regit. in rubrica. et ibi. glo.
1. Honoris et dignitatis augmentum non suffragio sed laboribus conuenit adipisci.
 2. Medio tpe quo quis est remotus a prima dignitate: vt transferatur ad alia maiorē retinet priuilegia dignitatis.
 3. Translatio militie de uno nūero ad alii p̄tinet solū ad principē.

Ontra publicā. Cōsultes deyno numero ad alium name rum transfrēri non debent nisi vtilitatis publice causa princeps hoc inscrit. b. d. Sunt em̄ plures distincti numeri militares de quibus dixi. l. pri. in quib⁹ nō ī militibus yl ducibus bellī trāsferri aliquē militem deyno numero ad alii sine iussu principis: et alii solēnitatis regis in. l. milites. s. de offi. magi. mili. Quia hoc eset cōtra publicā vtilitatem que est q̄ glibet in suo gradu et numero p̄maneat et ad maiorē non ambitione sed laboris merito admittat. Et no. gl. j. coniuncto ter. q̄ act⁹ fac̄ sp̄ presumit fieri cōtra publicā vtilitatem ybiciq̄ nō appetet de au toritate iussu superioris de iure questio. Sic etiā presumitur actus male fidei fact⁹ vbi debita solēnitatis est omissa. l. q̄ in libel lū. in glo. in ver. s. de fide instru. et iure ha. s. l. Tertio nota b. c. ext. q̄ honoris et dignitatis augmentū nō suffragio ſ. labo ribus conuenit adipisci vt hic. et alii concor. hic in gl. alle. et dixi. s. de princi. agen. in re. l. nā suffragio facta impetratio priuilegium exemptiōis a muneribus excludit. l. vniuersi. s. de lega. et impetrā tem clandestinū in ambitus incidere. l. vnic. ff. ad. l. iuli. de ambi.

2. Tertio nota hic gl. in ver. vtilitatis. q̄ mediet tpe quo q̄ es est remotus a prima dignitate et transferatur ad aliam maiorē retinet priuilegia dignitatis: et idea interim testatur iure militari milles remotus a primo nūero transferēdus ad secundū. l. j. in f. ff. de bo. pol. ex te. mi. Sic et abs media tpa nō nocet. l. si alienum. s. in ex eraneis. ff. de here. instit.
3. Quarto nota q̄ t translatio militie de uno nūero ad alii p̄tinet ſolū ad principē in. c. de translatio. cpi. Cōsulta em̄ ſunt que ad ſolum principē pertinent vcz translatio. vt hic. Item restituere natalib⁹ et ſpartire ius annulorū aureorum. s. de iure aure. annu. l. j. r. s. de his qui ve. eta. Itē facere gratiam iuris iurandi. l. s. in princ. ff. ad muni. Item legitimare filios naturales et illegitimos. in aut. qui. mo. nat. effi. legi. s. licentia ſit igitur patr. colla. vi. Itē condere legem potest princeps ſolus et nō alii ſolus. l. s. de legi. Item interpretari inter ius et equitatem l. j. s. de legi. Itē remittere infamia. l. j. s. de qua. ff. de postu. et ibi p Bar. Item concedere facultatem militandi. j. co. l. nemine. Mulfati et alii ſunt caſus in quibus requirunt cōfensus principis. l. p̄bitum. cū ſi. s. de iure ſi. Que autem ſint illa que ſolus papa face re potest. nota in dicto. c. j. de transla. r. c. ſicut yntire. de exerci. prela. Item est ar. bec. l. contra ſoldaderios militantes vtnus non po ſet de yna connaturalia mutari in aliam ſine cōfensu principis. ar. huins. l. r. s. de offi. magi. mili. l. milites. Item est ar. q̄ quis nō po ſet mutari de eſtimo vtnus contrate in eſtimū alterius et rate ſine conſensu ſuperioris. ar. ff. de offi. prefec. vi. l. j. s. ff. de interdi. et refe. l. j. s. ſicut. In glo. in ver. legionibus. ibi: non trabitur. s. milles. ibi: cōſtitutis ſine autoritate principis. Sic nec apponitur ſi ne ſacra probatoria principis. j. co. l. nemine.

Milites. Cōsultes vtilitatibus intendere debent non autem cultui agrozum vel animalium custodie mercionozum queſtiū pena iudicibus militaribus cōtra facientibus et priuatis ad eoz ſeruitia milites accipientibus imminente. hoc dicit. Et eſt argumentum q̄ capitanus militum et potestas ciuitatis debet milites frequenter inquire et facere mi nari et ſemper ſint ad bella parati. ar. j. c. l. s. et ver. erit autem. r. l. officiū. s. fina. ff. de re mili. et tetigi. s. e. l. tribuni. Item eſt arg. q̄ ſcholares non debent vagari: fed frequenter eſſe in ſcholis et quo diario offiſio ſe preberet ad ſtudium. vt hic dicitur de milite quia per frequens exercitiū ſcienza ſuſcipit incrementū. l. legatis. s. ornatibus. ff. de lega. ii. nec ſufficit eſſe in loco ſtudii niſi exercitio ſtudiz adhibetur. vt dixi in. l. vnicuiq̄. s. de pxi. ſacro. ſcri. Et fa cit hec. l. cōtra canonicos et ſacerdotes qui debent eſſe intenti diuino offiſio vnde alimenta percipliunt q̄ qui de altari viuit altari ſer

uire dū. et ecclēſio in. c. cum ſectiū apostolum. de piebē. nec debet ſe ſecularibus iminiscere negocis. vt in. c. j. et per totū ne cle. vel mo na. nec debet ab ecclēſia diſcedere nec ea diuino offiſio defraudare in. c. ex parte vſtrā. et c. fina. de cle. non res. et arg. s. e. l. tribuni.

Militares. Cōsultes ciuites curas assumes glo. i. munera personalia per que ſubducerent ab ex ercitio militie. s. l. proxi. et institu. de excusa. tuto. s. ides et in militie. et dic ut ibi gl. Non ergo priuata et publica ministeria poſſunt milites auſumere ſub pena priuationis militie et priuiles gjorum ſuorum: vt hic. r. s. l. priori. et l. nemo.

¶ Antiqua conſuetudo tolli potest per principem.

Nominem. litum potest militare ſine licetis principis. Si tamen aliquis de numero ſtatuto a principi pe moriatur magiſter militum et dux bellī facta notitia principi iuxta eius principi ordinatiōne alios ſubrogabunt. b. d. Non ergo q̄ ſi moriatur aliquis ex militib⁹ de aliquo numero. vt de aliqua ciuitate non eſt licitum capitaneo aliquos ſua autorita te ſubrogare vel eligere et olim erat. ſed alios idoneos diligenter inquirere debet et eorum nomina videlicet qui et quotet in quo numero expeditat ſubrogare principi intimeare. et iuxta principis voluntatem ſubrogare. non enim potest dux bellī aliquem approbare idoneum ſubrogandum ſine approbatoria litera principis. vt hic. r. l. j. s. qui mili. non pos. Item not. hic antiquam t consuetudinem tolli poſſe per principem. nam. l. ſequens conſuetudinis contraria tollit consuetudinem precedentem. l. iiii. s. diuinus. ſecundum vnam lecturam. ff. de ſepul. vio. Et eſt ratio: quia cum lex tol latur per legem et consuetudo babeat vim legi. ideo per l. tollit. l. ſed et posteriores. r. l. de quibus. ff. de legi. Quinto et ſequentis co ſuetudinis poſſet eſſe lex derogatoria. vt. s. de furt. auf. nauigia. et auf. caſta. s. de ſac. ſanc. ecclē. et auf. omnes peregrini. s. cōmunita de ſuccel. de quo per Bar. in. d. l. de quibus. et per Lyn. et Saly. in. l. ii. s. que ſit long. consue. Licet autem conſuetudo precedens tollatur per generalē. l. ſequentem ſecundum iuristas. Secus tamen eſt ſcōm canonistas. dientes q̄ per. l. generalē non tolluntur ſtatuta et conſuetudines locorum ſpeciales: quas cōditor. l. generalis pre ſumit ignorare. vt in. c. j. de cōſtit. in. vi. de quo dic per docto. ybſ s. Item not. hic in ver. ſpectabiles. quod duces militum ſunt in dignitate ſpectabili ſic. j. l. proxi. ver. eo. ſobſeruando. ſed magiſtri militum ſunt illustres. j. de appar. ma. mi. l. numerarios. ſub quibus ſunt duces. j. l. priori. in. fi.

¶ In citatiōe faciēda de aliquo requiriſt interlocutio iudicis.

¶ Preceptum factum die ſeriata pōt die ſeriata reuocari.

Allī collatores. In bac. l. imperator disponere et prouidere circa milites in partibus orientalibus existentes et collatores prouinciales ne dānum et diſpendium patientur. Et primo disponere circa milites. Secundo circa collatores. ſecunda ibi: quibus iuribus ſpeculatoris. Prima diuiditur. quia primo declarat quibus debet milites obedire: et corā quibus conueniri. ſed obſeruādo. Et pōt hic intelligi de delictis cōmunitibus: quia de militaribus bene cognoscit magiſter militi. l. magiſter. s. de iurisdi. om. iudi. Et nota ibi: in primis locis q̄ milites et armoriū gētes debent poni in locis primis: vt faciliter poſſint enocari: et ſuccurrere in omni caſa occurrenti pro vtilitate reipublice: et debet obteperare ducib⁹ in locis existentib⁹: ne mora eſſet periculuz allatura ſi expectaretur magiſteria potestas per orientem longius conſtituta. ſacit. l. yicesimo. j. de ero. milit. anno. r. s. de offi. prefec. preto. afri. l. in nomine domini. ver. ſic tñ. vt ſi inueni. r. l. ſuſtituta medium legis. Itē nota ibi: fed per interlocutioē. q̄ quādo miles vocatur ad iudiciū debet per interlocutoriā ſi iudicis. Dicitur enim interlocutoria cum iudex committit vel preci pita aliquem venire ad iudicium. vt not. glo. in ver. ſententiarum. in. l. cum clericis. s. de episc. et cleri. et dixi in. l. in ſacris. la. tertia. s. de proxi. ſacro. ſcri. Et ex hoc ſequitur quod talis interlocutoriā ſi commiſſio non poterit fieri die ſeriata. ar. l. j. ff. de ſeri. et l. j. in fin. ff. si quis in ius vo. non erit. l. minor. ff. de eniſtio. ybi eſt glo. ſing. 2. quādo t preceptum factum die ſeriata pōt die ſeriata reuocari pro biſ que die ſeriata etiāz expedientur bene poſteſt fieri interlocutoria die ſeriata. vt notat gl. in dicta. l. j. in fin. De citatiōe autē facta die ſeriata et qui teneat. vide p Bar. in. l. j. ſ. nūciatio. ff. de no. ope.

Iudex. si iubet aliquę citare dicitur interloqui de citatiōe faciēda.

Ioannes de Blatea super duodecimo libro.

num. i. s. de feri. et in spe. de cito. q. est facta die fe
riato. In ter. ibi. ppeti. i. pati. s. de obsequi. pfta. l. libertas. Itē ibi,
sleant. alibus. i. plementiter existetib⁹ in exercitu principie. l. numero
rios. s. de appa. magi. mili. Itē ibi. duci. l. oratōis et duci ipsorum mi
lites qui duces erant plurimi in diuersis locis suas sedes haben
tes. l. in nomine dñi. s. de offi. prefec. preto. apbri. Item ibi. obedire
scilicet in his que spectant ad rem militare. ar. l. in prin. ff. e. Itē
ibi. ecclēsie tue sedis. loquitur pfecto pretorio orientis cui princeps
loquitur per hec verba tua sublimitas. l. s. et f. s. de offi. pfecti pie
to ori. et s. ver. pion. Sequitur ver.
¶ Abi quis habet merū imperiū nec habet locū ad exercēdū po
test in loco viciniori illud exercere.
¶ Altitudine ad aliquod negocium erēquēdū magis est ad dānum
q. ad cōmodum.

Eo scilicet obseruando. Et hoc dicit. ad
responsum q̄ppius
a prefecto mittebatur ad magisteriam p̄tatem dñi post hanc legem
mitti ducib⁹ belli. Itē licet etiam duci facere suā solitudinem
et executionē ad responsum procedens ab officio alicuius magistri
militū in locis in quibus non extat apparitores prefecti. et id siad
responsum procedat ex officio alterius; q. non pōt Imperator ad
responsum omnibus ducibus mittere; sed se inuicem iuare debet
hoc dicit vſcq. ad ver. vt aut. Et ad responsum erat quoddā officiū
apparitorū sine executori qđ mittebatur a prefecto pretorio ad ma
gistrum militū: et est nōmē indeclinabile et omnis generis. habent em̄
prefectus pretorio: prefectus vrbis: et magister militū et ali⁹ magi
stratus suos apparitores. i. officiales et executores suorum officio
rum. vt. i. de apparī. pfecto. et de apparitorib⁹ magistrorum
militū. et se. tit. vult ergo q. duces bellū possint vti pro suis negotiis
exequēdis tam apparitorib⁹ trāsmisſis a prefecto q. ex officio ma
gistrorum militū vel ex alio officio et si apparitores sine coadiuto
res eorum nō sufficiāt debet se inuicē coadiunare. Nota ergo hic in
ver. licetiam. q. iste dñs sive iudeo militū pōt de necessitate alios
executores recipere q. sibi ordinandos a pfecto. Ex quo inferunt
q. licet sit statutum regium q. delegatus a rege nō recipiat alios
notarios q. regios tū vbi deficiat vel absunt regi pōt alios recipi
re. arg. bulus legis. s. s. de non nu. p. l. in contractibus. s. penulti.
s. de test. l. finali. aut. scenicas non solum. s. finali. qui bene facit
coll. v. Ex hoc etiā inferunt doc. q. vbi iudeo nō habet officiales in
sua iudicatura p̄t recipere de loco proximiori alterius iudicis pro
suis executionibus faciēdis. arg. l. diuīs. ff. de tu. l. cu. da. ab. bis.
Itē etiā inferunt q. vbi quis bz merū imperiū nec bz locū ad exer
cēdū pōt in loco viciniori illud exercere. ar. predictorū iuriū. facit
qđ dixi. l. p. locis. s. de annonis et tribu. Itē not. ibi: s. etiā inuicē
se inuicendo. q. officiales et potestates tam civiles q. ecclesiastici de
bent se inuicem iuare: et vnu pōt implorare bacchis alterius. vt
bic. et. legale. s. de ep̄. au. et. l. s. qui in hoc genū. s. de ep̄. et. cle. et
est tex. in. c. vnicō. de statu. reg. in. vj. et. c. dilecto. de sen. excō. in. vj. et
si implorat negligat vel dare recusat punif. in aut. ve nulli iudi. s.
si quis vero cōprehensionum. coll. ix. Et an simpliciter sine aliqua co
gnitione debeat implorat⁹ prebere implorationē auxiliū. yde ple
ne per ancharanum in. c. ea que sunt a iudice. de re iudicata. in. vj.
¶ Tertio not. in ver. ne p̄ multitudinem. quod f̄ multitudine ad ali
quod negocii erēquēdū magis est ad dānum q̄ cōmodū q̄ p̄fusio
nē inducit et segni⁹ expedit et maior machinatio pōt induci. vt bic
z. l. l. s. q. et qui. quar. pars de. z. l. s. s. appareat. cum multis concor
ibi allega. ff. de admī. tu. Non est ergo vtile plures mittere executo
res ad bona debitorū capienda. Sequitur. s. vt autem.

In criminali vniueritas pōt comparere per procuratore vel
syndicū.

Ut autem omnifariam. Milites con
ducib⁹ soluit vnu solidū p̄ sportulis: et duos solidos cū vnu nu
merus seu vniueritas militū cōuenit. ex quib⁹ solidū vnu tñ pro
expēs ingressus litis soluit: q. etiā in psona aduersari seruat. et p
vniueritate duo tm̄ primates seu principiaiores ipsius vniuerita
tis et syndicus cōstitutus cōuenit. debet. b. d. vſcq. ad. s. erit autem.
Et no. tex. ibi. vel nolentibus vel spontanea voluntate offerentibus
q. vbi lex prohibet quem plus accipere p̄ aliqua executione vel feri
ptura nō l. ei plus suscipere etiā spēte donāte. de quo dic vt dixi. s.
de strato. l. vnicā. S. cōno. ibi. duplicata quantitate. q. vbi vni
ueritas citatur duplicantur sportulae que soluerent si vnu priua
tus citaretur. Et ex hoc inferunt quidā q. vbi vniueritas ell suppo
rita ecclesiastico interdicto q. p̄ sigillo instrumēti absoluttonis dñ
etiā tñ solui q̄tū soluerent duo priuati absoluendi. Sed tu dic con
tra nisi de cōsuetudine esset q. imo solueret tñ quantum vnu priua
tus solueret: q. vniueritas loco vnu psona babetur. ff. de fidei. l.
mortuo. sicut l. sunt multa capita gregis tñ vnu soluum gregē repre
sentat et nō plares. l. s. grege mortuo. de leg. i. et stipulatio legatorum
vna est q̄uis plura sunt legatorū corpora. l. scire debemus. s. ff. de
verbo. obli. et p̄ hoc videt tex. in aut. de san. epi. s. sportularum. ver.

si vero pro vna. colla. ix. Et ex hoc fundatur statutū vigens in alig
bus partibus vñq. q. vbi nuncius vadit ad citandū plures eadē die
vel in codem loco q. non soluatū sibi nisi quantum solueretur p
vno. vt dicto versiculo. si vero pro vna. Non obſt. iste tex. quia hic de
iure speciali prouidetur. circa istas sportulas: quia cum milis
tes de iure communi deberēt soluere maiores sportulas q. faciante
nimisū si vbi tot⁹ numerus militū cōuenit sportule duplēcēt re
spectu vñus priuati. ¶ Tertio no. in v. in his etiā causis nec plus
res qđ nos primates. q. vbi connenit vniueritas cōfūlum vel al
teri⁹ collegi⁹ etiā in cā criminali sufficit qđ dō tñ er. eis cum syndi
co cōpareant. et pro hoc. j. de ero. mili. anno. l. per banc. s. pe. et aut.
de questo. s. si vero forisā ad resultationē. coll. vi. Iniquū em̄ effet
si omnes de cōnitātē vel collegio comparere deberēt et dannolum
effet aduersario si facere citari deberet. ar. ff. de exer. l. ne in plures. et
ff. de procur. l. nō tñ. et. ff. de edil. edic. l. q. si plures. ff. de in
di. sol. iam tñ. s. pe. et. s. de iniur. l. s. ¶ Quartu nota ibi syndico or
dinando. q. vniueritas cōuentua debet cōstituere syndicū qui cō
pareat pro ea. vt bic. et. l. mili. s. qđ cuiusq. vniuer. et est ratio: q. dis
fīcile effet omnes posse compellere. vt no. gl. in. l. sed ex dolo. s. j. ff. de
dolo. nec sunt audiendi illi de vniueritate si dicant se paratos ad
soluendū pro capitibus. l. vt singuli soluant ratā portionē sibi con
tingente: qđ solutio per plures manus l. cōfūlū magna afferit incom
modum. l. cōfūlū. s. in causa. ff. de transac. et. l. plane. ff. fami. erſc. Et
est hic casus exp̄fus quod etiam in f̄ criminali vniueritas pōt cō
parere per procuratorem vel syndicū: l. als non admittatur pro
curator regulariter. l. pe. s. ad crimen. ff. de pu. iud. Sic hic speciale
in causa vniueritatis scit quib⁹dam alīs. vt. l. fin. s. de iniuri. et
l. quicq. s. de procur. et pro hoc facit ratio. qđ vbi vniueritas des
linquit pena pecuniaria est imponenda vbi si vnu priuatus deli
quisset effet corporaliter p̄nīcēdūs. ar. s. de decū. l. quicq. summates.
et. s. de nani. l. s. cum no. in. l. alīd. s. refertur. ff. de re. iur. sed vbi p
crimine imponitur pena pecuniaria admittit⁹ procurator. d. s. ad
crimē. et extra. de procu. c. tue ergo. dic tñ q. si vniueritas committit
enorme crimen: vt heresī vel simile. et tunc non puniatur pena pe
cuniaria. s. aratō debet exterminari prout fuit ex aratō extermin
ata chartago. l. s. vñfuctus ciuitatis. ff. qui. mo. vñfus. amitta. Si
aut̄ nō cōmīst̄ ita enorme crimen: s. alīd capitale. vt homicidū vñl. s.
mile tunc si apparet p̄ motore ip̄i p̄nūfū corporaliter nec enīta
rent penam licet ciuitas pecuniariter punire. ar. ff. de pe. l. capita
lium. s. solent. si autem non apparent promotores: tunc ciuitas pu
nīda est pecuniariter loco corporalīs pene ne innocentēs puniā
tur. Unde dicit ob pp̄lm multū crimen per transitū in ultimū. vt no.
in. c. s. de tempo. ordi. et hoc vide per bar. in. l. aut facta. s. ff. de pe:
et per Salī. in. l. j. s. de seditio. et per Inno. et Jo. an. in. c. grauem. de
sen. excomm. In tex. ibi. nec ipsiſ ad responsum. id est nec ipsi qui
sunt de officio apparitorum seu executoriū. Itē ibi. seu principio
rum. id est principū sicut. j. de ero. mili. anno. l. per banc. s. j. Itē
ibi: in his etiā causis. scilicet vniuerstatum vel numerū militū.
Item in iudicio iudicario. id est corāz duce tractando. Itē ibi. ad rū
sum. id est ad cōmodū officiū apparitorum. sequit. s. erit autem.

**Transitus militū et gentīs armorum debet esse sine dispendio
provincialium.** Qui hoc intendit. ¶ Dux possunt
caſas militares per se cognoscere ac si
essent principib⁹ militari bus vel priuatis hominib⁹ delegate.
Itē ad curam ducū spectat quādō cōnocat ad se milites deyno loco
ad alium q. collatores nullis grauēt expēnsa nulla necessitate
cōgente milites arcedant. si aut̄ exigente necessitate. tunc intra. xx.
dies milites debent sibi expēnsas ministrare post. xxr. vero dies te
nenf provincialē collatores expēnsas itineris exhibere. b. d. vſcq
ad. s. quoniam vero. Et est hic casus qđ cognoscens inter milites
etiam de cā criminali de qua etiam loquitur iste tex. vt. s. ea. l. s. vt
aut̄. potest ipsam alteri delegare q̄ regulariter non est vt canse me
ri. et mītri imperiū delegentur. l. imperiū. m. ff. de iurisdi. om. iudī. et
l. placet. s. de pē. iudī. Itē allegatur iste tex. ibi. in locis degenti
bus committere: q. vbi cā cōmītit̄ seu delegatur debet commit
ti in loco vbi partes morantur: vt bic. et. s. de epis. et cleri. l. iubem.
in. s. vbi est tex. qđ limita dūntamen ille locus sit intra iurisdictio
nem delegantis. vt. s. qui pro sua iurisdi. l. vni. et hec vera sunt quā
do acto et reus morantur in codem loco: alīs si in diuersis locis mo
rarent tūc debet fieri commissio in loco magis idoneo partibus: ni
si aliter se babeat cōfuetudo. l. s. locus. ff. de iudī. Item nota in ver
bo ita. scilicet pro militibus inspiciendis. quod etiam tpe pacis du
ces et capitanei militū sepe debent monstrarū seu requisitionem
militū facere et inquirere si habent equos et arma: et alia militibus
et stipendiariis necessaria. Et sic est arg. q. p̄tā debet sepe rendere
illlos de concilio si adsunt et seruant ordinem consiliariis deputatū
ar. s. eo. l. militē. et. s. de dometi. et p̄tē. l. i. in fin. Nou tamē de
bent duces militū pro tali inquisitione facienda conuocare ad se
etiam tpe pacis immoderatā multitudinē militū: ne tam ip̄i q̄ p̄tā
uinciales onerant expēnsas. Itē nota q̄ strāt̄ militū et gentium
armorū

- armorum debet esse sine dispendio provincialium. ut hic. r. l. illicias. s. ne tenuis. ss. de offi. pres. r. est tex. claras. s. de metal. l. denotum. r. de salgamo. l. ynica. si aut distantia locorum ad quē vocantur sit tanta ut vltra. xx. dies tā in eundo q̄ redēdo oporteat milites profici. tunc debet a provincialibus illorum locorum per q̄ transire post. xx. dies prouideri. Et per hunc tex. potest fundari consuetudo q̄ subditū tenetur propriis sumptibus intra. xx. dies sequi dñm r. nō vltra ad instar militis a duce accersiti quibus xx. diebus texerit itinerare suis sumptibus r. nō vltra. r. facit. vnicum. in fi. de pace iura. fir. col. x. dum ibi dicit aut eundo cuz ipso aut militie stipendia persoluēdo. In tex. ibi discussionē. i. cognitionem r. dissimulationē. Di. Itē sibi ditissimis. i. ditissimis probitate r. moribus. r. ita intellige glo. iii. s. ea. l. Itē ibi: in locis. l. parvum. Item ad responsum. s. apparitoribus. sequitur. s. qm̄ vero.
- Quando ex eodē facto descendit ciuilis r. criminalis actio est in electione actoris quam primo velit intentare.
- 2 Pendēta causa coram delegato an possim reconuenire aduersarii coram ordinario.
- 3 Qui vocat aliquē eodem tempore pro eadē re coram diversis iudicib⁹ amittit causam r. condemnatur in expensis.
- 4 Si bono subditum videor honorare suum superiorem.

